

FICIN











Marſilii ficini florentini doctoris in omni diſciplinarū genere profundiſſimi de triplici uita aurea uolumina tria. videlicet.

Primus de uita ſana: ſeu de cura ualitudinis eorum: qui litterarum ſtudio incumbunt.

Secundus de uita longa.

Tertius de uita celitus comparanda.

Item apologia quedam: in qua de medicina: aſtrologia: uita mundi: ſubtiliter tractatur.

Item de magis: qui chriſtum ſtatī natū adorauerūt.


Item ꝙ ad uitā ſecuritas & aī trāqlitas neceſſaria ſit.

Item ꝑclariſſimaꝝ ſniaꝝ toti⁹ opis breuis ānotatio.

Nouiſſime poſt omnes impreſſiões ubiq; terrarū excuſſas a uiro bene docto affatim recognita: cūctiſq; mendis & erroribus ꝗdiligētiſſime expurgata.







Antonio contarēo Venetiarum patri
arche Lucas olchinensis felicitatem.



I labor quispiam cuiq̄ gratus uideri potest reuerendissime domine: is mihi ꝑfecto gratissimus extitit: quem in castigandis Marsilii ficini: uiri in omnidisciplinarum genere eminentissimi: operibus: hisce diebus enixissime impendi. Presertim illud de christiana religione diuinū opusculum: quod librariorum uenetorum tenacitate in multis deprauatum: dono tibi castigatum misim? Necnon de triplici uita uolumina tria: ac alia pleraq; eruditione plena: que tibi pollicitus fueram: e quorū medio q̄plures errores tollere conatus sum: quos non minor impressorum bononiensium icuria admiserat Percurres igitur pontifex obseruantissime: religionis nostre decus eximium: cum tibi e seuerioribus studiis egredi licuerit: & hec optimi Marsilii de triplici uita uolumina tria: a me summa diligentia recognita: distincta: & emendata. Ea siquidem eiusmodi generis sunt: ut non minimum presidium animi corporisq; ualitudini sint allatura: qbus sublatis diuaꝝ musarum fores: uel minime tangūtur: uel non sine magna difficultate pulsantur. Vale uenetorum splendor.

¶ Proemium in librum. ii. de uita longa

Capita secundi libri.

Que

Capita tertii libri.

FINIS TABVLE


Arsilius ficinus florẽtinus georgio antonio uespuccio: & ioãni baptiste boninsegnio uiris probitate: doctrinaqꝫ insignibus. S. D.

Multa uobiscum his temporibus peripatheticorum more deambulando confabulati sumus de curanda eorum ualitudine: qui assidue incumbũt studio litterarum: que quidem breui perstricta compendio uobis potissimum cõmendare decreui. Neqꝫ prius id opusculum uel ipse probabo: q̃ a uobis precipue uiris: amicisqꝫ probatissimis probatum esse resciuero uel elegantissimum laurentii medicis nostri iudicium subire permittam: cuius quidem prospere ualitudini est in primis: si opus fuerit: consulturum. Vix enĩ presentibus litteratis: presertim nostris prospiciet unq̃: nisi prius eorum patrono mecenati prospexerit. Legite igitur diligenter: atqꝫ curate ualitudinem diligentissime: sublata enim sanitate: sublimes musarum fores nisi deus omnipotens mira quadam uirtute & ducat & patefaciat: aut non tanguntur a nobis unq̃: aut certe frustra pulsantur. Physicam uero hanc disputationem nostram eo potissimum tãq̃ argumentum quoddam spectare uolumus: uidelicet: si consequende sapientie gratia corporis sanitas tantopere querenda est: multo magis sanitatem mentis: que sola potest sapientia comprehendi: esse querendam: alioquin inscite omnino scientiam querunt: quicunqꝫ insana mente sapientiam capere moliuntur. Sanitatem quidem corporis hippocrates: animi uero socrates pollicetur: sed ueram utriusqꝫ sanitatem solus ille prestat: qui sic exclamat. Vẽite ad me omnes: qui laboratis: & onerati estis: atqꝫ ego uos reficiã: ego sũ uia: ũitasqꝫ: & uita.

Procmium

¶ Proemiũ marsilii ficini florentini in librũ de triplici uita ad magnanimũ laurẽtiũ medicẽ patrie seruatorẽ.



Acchũ poete sũmum antistitẽ sacerdotũ bis natũ canũt: forte significãtes: uel futurũ sacerdotẽ statim initiatũ oportere renasci: uel pfecti tandẽ sacerdotis mentẽ deo penitus ebriã: iam uideri renatã. Aut forsã hũilior sensu uinũ bacchi germẽ generari semel i uite q̃si semele: maturis sub phebo racemis: regenerari rursũ post ipsũ uidemie fulmẽ i suo uase uinũ uelut i iouis fẽore merũ: sed d' sacris in p̃sentia mysteriis non est loquẽdũ: ubi mox physica potius ope lãguẽtibus opitulaturi sum⁹. Nec agẽdũ stilo grauitatis p̃uo: sed libero potius & iocoso: postq̃ a libero p̃re: nescio qũo stati exorsi sumus. Et recte inq̃: nescio qũo: nã forte prudentior aliqs a phebo medicoꝝ prio potius q̃ a baccho medicinã auspicatus esset. Quid uero: si qd̃ non uanũ omen sit in ore: nũc forte quadã ꝓferẽte bacchũ hic. n. almo quõdã uio: securitateq3 letissima salubri⁹ forte medet̃: q̃ herbis ille suis: carmibusq3 pheb⁹. Quocũq3 uero sensu uel illa: ul' hec acceperis dux ille sacerdotũ bacchus gemĩas q̃si mr̃es habuisse fert̃: melchisedech aũt sũmus ille sacerdos unam uix matrẽ unũ uix patrẽ habuit. Ego sacerdos minim⁹ patres habui duos: ficinũ medicũ: cosmũ medicẽ: ex illo natus sũ: ex isto renat⁹. Ille qdẽ me galeno tũ medico tũ platõico cõmendauit: hic aũt diuino cõsecrauit me platõi. Et hic silr̃ atq3 ille marsiliũ medico destinauit: galenus qdẽ corpoꝝ: plato uero medicus animoꝝ. Iã diu igit̃ sub platõe salutarẽ aniorũ exercui medicinã. qñ post librorũ omniũ eius interpretationẽ: mox decẽ atq3 octo de aniorũ imortalitate libros: et eterna felicitate cõposui: ita ꝓ uiribus p̃ri meo medici satisfaciẽs

medico uero prī satis deinceps faciendū putans:librū
de litteratoꝶ ualitudie curāda cōposui. Desiderabāt
preterea post hec hoies litterati: nō tantū bn̄ qn̄qꝫ ua
lere:sed ēt bn̄ ualentes diu uiuere:his ergo deide librū
de uita lōga dedi. Diffidebāt aūt medicinis:atqꝫ reme
diis in re tāta terrenis:adiūxi librū de uita tū ualida:
tum longa celitus comparāda:ut ex ipso mūdi corpe
uiuo uita quedā uegetior in corp⁹ nostrū q̄si quoddā
mūdi mēbrū uelut ex uite ꝓpagaret. His uero tu me
dicie libris ignosce precor idulgētissime laurēti:si dū
medicus esse uolo:nescio qūo ēt uolēs sū:et si nō bon⁹
sepe poeta. Nā & phebus idē est medicie repertor:poe
sisqꝫ magister:uitāqꝫ ille suā nobis:nō tā p herbas q̄ p
cytharā: cantumqꝫ largit̄:ipsa quetiā uenus apd̄ astro
logos musicū eque parit:& medicū. Sed hactēus dū
litteratoꝶ:ciuiūqꝫ similiū uite curiosius ꝯsulo: libroꝶ
meoꝶ salutē negligo:q̄diu iter se partior esse seiūctos.
Quāobrē i eos nūc primū prius in corpus unū copulo
cuius artubus in unā formā iā cōpactis uita ꝑtius ad
sit. Nō pōt aūt hoc opus physicū:id q̄si corpus meū ui
tā accipere nisi meā:eiusmodi uero uita ex mea dunta
xat pēdet aīa. Hec aūt iā diu penes te magna nie lau-
renti mi patrōe uiuit:in ea preserti amplissimaꝶ ediū
tuaꝶ parte:ubi una cū platōe nostrū illud d̄ animoꝶ
imortalitate seruat̄ opus:tuo iāpridē nomini dedica-
tū. At anim⁹ iste meus et si i beata quadā q̄si patria pe
nes te uitā agit:uerūtamē: qd̄ & theologi uolūt:inqe
tus est interea:donec opus id physicū tanq̄ suū corpus
accipiat. Accipe igit̄ optime laurenti:post illos de aīa
hos ēt de corpore libros:eodēqꝫ afflatu:quo et illis du
dū:feliciter his aspira. Ita eni et corp⁹ hoc sub tuo spi
ritu p suā uiuet aiam:& aīa uicissim nr̄a cū hoc iā suo
corpore in tuis laribus cōquiescet. ¶Marsilii

¶ Marsilii ficini florētini liber pmus de uita sana: siue de cura ualitudinis eorū q icumbūt studio litterarū.

¶ Nouem studiosorum duces. Capitulū. i.



Vicūq iter illud asperū arduumq: et lōgum ingrediūtur: quod quidem uix tādem ad excelsum nouem musarum tēplum assiduo labore pducit: nouē omnino itineris huius ducibus idigere uidentur: quorū primi quidē tres in celo tres sequētes in animo. postremi tres in terra nos ducunt. Principio in celo mercurius: ut inuestigādo musarū iter aggrediamur: uel impellit: uel adhortatur: si quidē mercurio tributum est inuestigationis omīs officium. Deinde phebus ipse: & querētes anios: & res quesitas splendore uberrimo sic illustrat: ut perspicue quod querebāt: a nobis iueniatur. Accedit gratiosissima uenus gratiarū mater: aut almis omnino: letisq radiis suis rem omnem adeo condit: & ornat: ut qcquid & instigante mercurio quesitū fuit: et mōstrante phebo iam erat iuentū: mirifica quadā: & salutari uenustate ueneris crcūfusum delectet semper: & prosit. Sequuntur tres itineris huius duces in animo: uidelicet uolūtas ardens: & stabilis: acumē ingenii: memoria tenax. Tres in terra postremi sunt: prudētissimus pater familias: pbatissimus preceptor: medicus peritissimus. Absq his nouem ducibus nemo ad ipsū nouem musarū templum puenire uel potuit: uel poterit unq̄. Ceteros qdem duces ab initio nobis precipue deus omnipotens naturaq tribuit: tres uero postremos nostra adhibet diligentia. Sed precepta officiaq: que ad patremfamilias: & que ad preceptorem circa litterarū studia pertinent: antiqui plures: sapientesq tra

ctauerunt: precipue plato noster: & sepe alias: & in libris de rep. ac de legibus diligentissime. Deinde aristoteles in politicis: plutarchus quoq;: & quitilianus egregie. Solus aũt litterarum studiosis hactẽus deest medicus aliquis: qui manũ euntibus porrigat: salutaribusq; cõsiliis: atq; medicinis adiuuet eos: quos neq; celum: neq; animus: neq; paterfamilias preceptor ue destituit. Ego igitur sorté eorum laboriosissimã miseratus: q difficile mineruę minuẽtis neruos iter agũt primus tanq̃ medicus debilibus: et ualitudinariis adsum: sed utinã facultate tam integra: q̃ ꝓpitia uoluntate. Surgite iã adolescẽtes deo duce alacres: surgite iuuenes: atq; uiri: quos ardẽtius mineruę studiũ nimis eneruat. Accedite libenter ad medicũ: qui uobis ad instituti uestri perfectionẽ: monstrante deo: atq; fauẽte cõsilia: remediaq; salutaria largietur.

auctor in[...] [...] diuis:

¶ Quam diligens habenda cura sit cerebri: cordis: stomachi: spiritus. Capitulũ. ii.



PRincipio quantã cursores crurium athlete brachiorum: musici uocis curã habere solent: tãtam saltẽ litterarum studiosos cerebri: & cordis: iecorisq;: & stomachi oportet habere. Immo uero tãto maiorem: quanto & membra hec prestantiora q̃ illa sũt: et ii frequentius: atque ad potiora his membris quam illi illis utuntur. Preterea solers quilibet artifex instrumenta sua diligentissime curat: penicillos pictor: maleos incudesq; faber erarius: miles equos: & arma: uenator canes: & aues: citharã citharedus: et sua quisq; similiter. Soli uero musarum sacerdotes: soli summi boni: ueritatisq; uenatores tam negligentes: proh nephas: tamque infortunati sunt: ut instrumentũ illud:

quo mūdū uniuersum metiri quodāmodo: & capere possunt: negligere penitus uideant̄. Instrumentū eiusmodi spiritus ipse est: qui apud medicos uapor quam sanguis purus: subtilis: calidus: & lucidus definitur. Atq; ab ipso cordis calore ex subtiliori sanguine procreatus uolat ad cerebrū: ibiq; animus ipso ad sensus tam interiores q̄ exteriores exercendos assidue utit̄. Quāobrem sanguis spiritui seruit: spiritus sensibus sensus deniq; ratiōi sanguis aūt a uirtute naturali: q̄ in iecore: stomacoq; uiget: efficitur. Tenuissima sanguinis pars fluit in cordis fontē: ubi uitalis uiget uirtus: inde creati spiritus cerebri: et (ut ita dixerim) palladis arces ascendūt: in quibus animalis: idest sentiendi: mouēdiq; uis dominatur. Itaq; talis plurimum ferme contemplatio est: quale sensus ipsius obsequiū talis autem sēsus: qualis & spiritus. Spiritus uero talis: qualis & sanguis: & tres ille uires: quas diximus naturalis scilicet: uitalis: & aialis: a quibus: per quas in qbus spiritus ipsi cōcipiunt̄: nascunt̄: atq; fouent̄.

¶ Litterati pituite: & atre bili obnoxii sunt. Ca. iii.



On solum uero membra illa: uiresq;: & spiritus homines litterarū cupidi curare diligentissime debent: uerum etiā pituitam semper: & atram bilē nō aliter q̄ nauigantes scyllam atq; carybdim cautissime deuitare iubentur. Quantum enim reliquo corpore ociosi sunt: tantum cerebro: ac mente negotiosi. inde pituitam: qd̄ greci flegma: hic atrā bilem: quam iidem melancholiam uocant: gignere compelluntur. Illa quidem ingenium sepe obtūdit: & suffocat: hec uero si nimiū abūdauerit: flagrauerit ue: assidua cura crebrisq; deliramētis uexat aium: iuditiumq; pertur

bat. Vt non imerito dici possit: litteratos fore: & pre cipue sanos nisi cum pituita molesta est: et letissimos: sapientissimosqȝ omnium: nisi bilis atre uitio uel me rere sepe: uel interdum desipere compellantur.

Quot sint cause: quibus litterati melancholici sint: uel fiant. Cap. iiii.



T autē litterati sint melancholici: tres potissimum causarꝝ species faciunt: prima celestis secunda naturalis: tertia est hūana. Celestis quoniā mercurius: qui ut doctrinas inuestigemus: iuitat: & saturnꝰ: q efficit: ut i doctrinis inuestigandis perseueremus: inuentasqȝ seruemus: frigidi quodāmodo sicciqȝ ab astronomis esse dicuntur: uel si forte mercurius non sit frigidus: fit tamē sepe solis propinquitate siccissimus: qualis est natura apud medicos melancholica: eādemqȝ naturam mercurius ipse: saturnusqꝫ litterarꝝ studiosis eorꝝ sectatoribꝰ impertiūt ab initio: ac seruāt: augentqȝ quottidie. Naturalis autem causa esse uidetur: ꝙ ad scientias presertim difficiles conseq̄ndas necesse est animum ab externis ad interna tanq̄ a circunferentia quadā ad centrū sese recipere: atqȝ dū speculat̄ in ipso: ut ita dixerim: hois centro: stabilissime permanere. Ad centrū uero a circunferentia se colligere: figiqȝ in centro maxime terre ipsius est propriū: cui quidē atra bilis persimilis est: Igitur atra bilis aium ad se & colligat in unū: et sistat in uno: contempleturqȝ: assidue prouocat: atqȝ ipsa mundi centro similis: ad centruȝ rerꝝ singularū cogit inuestigandum: euehitqꝫ ad altissima queqȝ comprehendenda: quandoquidē cum saturno maxime congruit altissimo planetarꝝ. Contemplatio quoqȝ ipsa uicissim assidua quadā collectione: & quasi compres

sione

ſione naturam atre bili perſimilē contrahit. Humana uero: ideſt ex nobis cauſa eſt: quoniam frequens agitatio mentis cerebrũ uehementer exſiccat. Igitur humore magna ex parte conſumpto: quod caloris naturalis pabulum eſt: calor quoqꝫ plurimum ſolet extingui: unde natura cerebri ſicca: frigidaqꝫ euadit: que quidem terreſtris: & melancholica qualitas nominatᷣ Preterea ob frequentiſſimum inqſitionis motũ ſpũs quoqꝫ nati ꝯtinue diſſoluunẗ reſolutos āt ſpiritus ex ſubtiliori ſāguie inſtaurari neceſſariũ eſt. Quapropẗ ſubtilioribus: clarioribuſqꝫ ſanguinis partibus ſepe conſumptis: reliquis ſanguis neceſſario denſus redditur: & ſiccus: & ater. Accedit ad hec: ꝙ natura in cōtemplatione cerebro prorſus: cordiqꝫ intenta: ſtomachum eparqꝫ deſtituit. Quare alimentis preſertim uel uberioribus: uel durioribus male concoctis ſanguis inde frigidus: craſſuſqꝫ: et niger efficitur. Poſtremo nimio membrorum ocio: neqꝫ ſuperflua excernunẗ: neqꝫ craſſi: fuſciqꝫ uapores exhalant. Hec oīa melācholicũ ſpũm: meſtũqꝫ: & pauidum aīum efficere ſolent: ſiquidem interiores tenebre multo magiſq̄ exteriores merore occupant animũ atqꝫ terrent. Maxime uero litteratorum oīum hi atra bile premunẗ: qui ſedulo philoſophye ſtudio dediti mentē a corpore: rebuſqꝫ corporeis ſeuocant: incorporeiſqꝫ coniungunt: tũ qa difficilius admodum opus maiori quoqꝫ indiget mentis intentiōe: tum quia quatenus mentē incorporee ueritati coniungũt: eatenus a corpore diſiungere compelluntur: hinc corpus eorum nonnunq̄ quaſi ſemianimum redditur atqꝫ melancholicum Quod quidē plato noſter in thimeo ſignificat: dicens animuꝫ diuia ſepiſſime: & intentiſſime contemplantē alimentis eius

modi adeo adolescere: potētē euadere: ut corpus suū supraq̄ natura corporis patiat̄: exsuperet: ipsumq; uehementioribus agitationibus suis aliq̄n uel effugiat quodammodo: uel nōnunq̄ quasi dissoluere uideat̄.

Cur melancholici ingeniosi sint: & quales melancholici sint eiusmodi: quales contra. Cap. v.



Actenus quam ob causam musa℞ sacerdotes melācholici uel sint ab initio: uel studio fiant: rationibus primo celestibus: secundo naturalibus: tertio humanis ostendisse sufficiat. Quod qdem confirmat in libro problematum aristoteles omnes enim inquit uiros in quauis facultate prestantes melancholicos extitisse. Qua in re platonicū illud: qđ in libro de scientia scribitur: ↄfirmauit. ingeniosos uidelicet plurimū concitatos: furiososq; esse solere. Democritus quoq; nullos inqt uiros igenio magnos: preter illos: qui furore quodam pciti sūt esse unq̄ posse: quod qdem plato noster in phedro pbare uidetur dicens: poeticas fores frustra absq; furore pulsari. Et si diuinū furorem hic forte itelligi uult: tamē neq; furor eiusmodi apud physicos aliis unq̄ illis: preterq̄ melancholicis incitatur. Deinceps uero assignande a nobis rationes sunt: quare democritus: et plato: & aristoteles asserant: melancholicos nōnullos interdum adeo ingenio cunctos excellere: ut nō hūani: sed diuini potius uideantur. Asseuerāt id democritus: & plato: & aristoteles absq; dubio: rationē uero tante rei haud satis explicare uidentur: audendū tamen: monstrante deo: causas indagare. Melancholia idest atra bilis est duplex: altera qdem naturalis a medicis appellatur: altera uero adustione cōtingit. Naturalis illa nihil est aliud q̄ dēsior quedā: sicciorq; pars

sanguinis

ſanguinis:aduſta uero in ſpecies quattuor diſtribuit. Aut eni naturalis melancholie: aut ſanguinis purioris:aut bilis:aut ſalſe pituite combuſtione cōcipitur. Quecūq; aduſtiōe naſcitur:iuditio & ſapientie nocet nēpe dū hūor ille accēditur atq; ardet cōcitatoſ furentesq; facere ſolet: quā greci maniā nūcupāt: nos uero furorē. At quādo iam extinguit:ſubtilioribꝰ:clarioribuſq; ptibus reſolutis ſolaq; reſtāte fuligie tetra ſtolidos reddit: & ſtupidos quē habitū melācholiā ꝓprie et amētiā uecordiāq; appellāt. Sola igit atra bilis illa: quā diximꝰ:naturale ad iuditiū nob ſapiētiāq; ɔducit neq; tamē ſemp. Sāe ſi ſola ſit atra nimiū:dēſaque mole obfuſcat ſpiritus:terret animum: obtundit ingenium:ſi uero pituite ſimplici miſceatur: cū frigidus obſtiterit circum precordia ſanguis:craſſa quadam frigiditate ſegnitiem adducit:atque torporem. Atque uti denſiſſime cuiuſque materie natura eſt:quando eiuſmodi melancholia frigeſcit:ad ſūmum frigiditatis intendit:quo in ſtatu nihil ſperatur:timentur omnia tedet celi ɔuexa tueri. Si bilis atra:uel ſimplex:uel mixta putreſcit:quartanam gignit febrē: lienis tumores & multa generis eiuſdem:ubi minꝰ exuberat: ſiue ſola ſit:ſiue cōiuncta:pituite ſpiritꝰ craſſiores facit:atq; frigidiores:continuo animū afficit tedio: mentis aciē hebetat:neq; ſalit arcadico circū precordia ſanguis. Oportet aūt atram bilem neq; tam paucam eſſe: ut ſanguis:bilis:ſpiritus quaſi freno careant:unde inſtabile ingenium:labilemq; memoriā eſſe contingat: neq; tam multam:ut nimio pondere pregrauati dormitare: atq; egere calcaribus uideamur. Proinde neceſſarium eſt omnino:eam eſſe quo ad eius natura patitur ſubtiliſſimam. Si eni tenuata pro natura ſua ma-

xime fuerit: poterit forsitan absqȝ noxa etiã esse multa: atqȝ etiam tanta: ut equare bilem saltem pondere uideatur: abundet igit̃ atra bilis: sed tenuissima. Nõ careat humore subtilioris pituite circũfuso: ne arescat prorsus: durissimaqȝ euadat: nõ tamẽ misceatur omnino pituite: presertim uel frigidiori: uel multe: ne frigescat: sed bili: sanguiniqȝ adeo misceatur: ut corpus unum conficiatur ex tribus duple sãguinis ad reliqua duo proportione cõpositum. Vbi octo sanguinis partes: due bilis: due iterum atre bilis portiones existãt: accendatur aliquantum a duobus illis atra bilis: accẽsaqȝ fulgeat: non uratur. Ne quemadmodũ solet materia durior: dum feruet nimium: uehemẽtius urat: & concitet: dum uero refrigescit: similiter frigescat ad summum. Bilis enĩ atra ferri instar quando multũ ad frigus intenditur: friget ad summum: quãdo contra ad calidum ualde declinat: calet ad summum. Neqȝ mirum uideri debet: atram bilem accendi posse facile: atqȝ accensam uehementius urere. siquidem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim: atque exurere. Tantam ad utrumque extremum melancholia uim habet unitate quadam stabilis: fixeqȝ nature: que quidem extremitas ceteris humoribus non contingit. Summe quidem calens sũmam prestat audatiam: imo ferocitatem: extreme uero frigens timorem: ignauiamqȝ extremam: mediis uero inter frigus: caloremqȝ gradibus affecta uarie: affectus producit uarios: non aliter q̃ merum precipue potens: bibentibus ad ebrietatem: uel etiam paulo liberius affectus inferre uarios soleat. Igitur opportune temperata sit atra bilis oportet: que cum ita moderata est (ut diximus) & bili: sanguiniqȝ permixta: quia & natura sicca

ra ſicca eſt: & conditione: quantum ipſius natura pa-
titur: tenuiſſima: facile ab illis accenditur: quia ſolida
eſt atque tenaciſſima: accenſa ſemel diutiſſime flagrat
quia tenaciſſime ſiccitatis unitate potentiſſima eſt: ue
hementius incaleſcit. Quemadmodũ lignum paleis:
ſi utraque accendantur: magis: diutiuſque calet: et lu
cet. Atqui a diuturno uehementiq; calore fulgor in-
gens: motuſqȝ uehemens: & diuturnus ꝓficiſcuntur
huc tendit illud heracliti: lux ſicut anīa ſapiẽtiſſima.

¶ Quo pacto atra bilis conducat ingenio. Cap. vi.


Veret forte quiſpiam: quale ſit corpus illud humoris eiuſmodi: ex tribus illis humoribꝰ ex qua diximus: proportione cõflatum. Tale eſt ferme colore: quale aurum eſſe uidemꝰ ſed aliquantum uergit ad purpuram: & quando tam naturali calore q̃ uel corporis: uel animi motu accenditur: ferme non aliter: q̃ ignitum: rubenſqȝ aurum purpureo mixtũ calet: & lucet: atque uelut iris trahit uarios flagrante corde colores. Queret aliquis iterum: quonam pacto humor eiuſmodi conducat ingenio. Nempe ſpiritus ex hoc humore creati: primo quidem ſubtiles ſunt: non aliter q̃ aqua illa: quam & uite: ſeu uitis aquam nominãt: & ardentem: quotiens ex craſſiori mero: quadam ad ignem diſtillatione: ut fieri ſolet: exprimitur. Spiritus enim ſub anguſtioribus atre bilis eiuſmodi compreſſi meatibus: uehementiore ob unitatẽ calore maxime tenuantur: perqȝ artiores meatus expreſſi ſubtiliores erumpunt. Deinde calidiores ſimiliter: atq; eadem ratione lucidiores: tertio motu agiles: actione uehementiſſimi: quarto ſolido: ſtabiliqȝ humore iugiter emanantes actioni diutiſſime ſeruiunt. Tali autem animus noſter obſequio fretus

Indagat uehementer:perseuerat inuestigando diuti? facile quecũqȝ inuestigauerit : inuenit:clare perspicit sincere diiudicat:ac diu retiet iudicata. Adde q̄ quē admodum in superioribus significauimus:animus in strumento : siue incitamento eiusmodi : quod centro mundi quodãmodo congruit : atqȝ (ut ita dixerim) in suum centrum animum colligit:semper rerum om- nium:& centra petit:& penetralia penetrat.Congru it insuper cum mercurio atqȝ saturno : quorum alter altissimus omnium planetarum inuestigantem eue- hit ad altissima. Hinc philosophi singulares euadũt: presertim cum animus sit ab externis motibus : atqȝ corpore proprio seuocatus:& q̄ proximus diuis:& di uinorum instrumentũ efficiatur. Vnde diuinis influ- xibus:oraculisqȝ ex alto repletus:noua quedã: inusi tataque semp̱ excogitat:et futura predicit. Q đ nõ so lũ democritus:atqȝ plato affirmãt : sed ẽt aristote.in problematũ libro:& auicenna in libro diuinoꝝ:& in libro de anima cõfitentur.Quorsum hec de atre bilis humore tã multa?ut meminerimus:quantũ atra bi- lis:imo candida bilis eiusmodi querenda: & nutrien da est tanq̄ optima:tantum illam: que contra se ha- bet (ut diximus) tanquam pessimam esse uitandam. Adeo enim dira res est:ut a malo demone eius ĩpetus ĩstigari serapio dixerit:& auicẽna sapiẽs nõ negauerit

¶ Quinqȝ sunt precipui studiosorũ hostes : pituita: atra bilis:coit?:satietas.matutius somnus. Cap.vii.

VT autem redeamus illuc: unde iam longius digressi sumus:longissima uia est: que ad ue ritatem sapientiamque perducit : grauibus terreque marisqȝ plena laborib?. Quicunqȝ igitur hoc iter aggrediuntur: ut poeta quispiam dice

ret

ret:sepe terra:mariq; periclitantur. Siue enĩ mare na uigent continue inter fluctus: idest humores duos:pi tuitam scilicet:& noxiam illam melancholiam:quasi inter scyllam : carybdimq; iactantur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agant:tria mõstra ꝑtin⁹ sese illis obi iciunt:primum terrena uenus:priapusq; nutrit: scđm bacchus & ceres:tertiũ nocturna hecate frequẽter op ponit. Ergo & apollo ab ethere: & neptun⁹ ab equo re : & a terra hercules sepe uocandus:ut monstra eius modi palladis inimica iaculis apollo transfigat : ne ptunus tridẽte domet:claua hercules cõtundat: et la ceret. Primum qdem mõstrum est uenereus coitus:pre sertim si uel paulũ uires excesserit:subito namq; exha urit spiritus: presertim subtiliores cerebrumque debi litat:labefactat stomachũ:atque precordia : quo ma lo nihil ingenio aduersi⁹ esse potest. Cur nam hippo crates coitum comitiali morbo similem iudicauit ? ni si quia mentem:que sacra est:ꝑcutit:tantũq; obest:ut auicenna in libro de animalibus dixerit:si qd sperma tis supra q̃ natura toleret :coitu ꝓfluat: obesse magis q̃ si quadragies tatũdẽ sanguinis emanarit : ut nõ in iuria prisci musas:atque mineruam uirgĩes esse uolue rint. Huc platonicũ illud spectat:cũ uenus musis mi nitaretur:nisi sacra uenerea colerent: se cõtra illas su um filiũ armaturã. Responderunt muse: marti o ue nus marti talia minitare : tuus enim inter nos cupido non uolat:denique natura nullũ sensum longius q̃ ta ctum ab intelligentia segregauit. Secundum mõstrũ est uini:cibiq; satietas:quippe si uinum:uel nimiũ:uel nimis calidum:uehemensque fuerit : caput ipsum hu moribus:pessimisq; fumis implebit:mitto ꝙ insanos facit ebrietas. Cibus uero nimius: primum quidẽ ad

ftomachum in ipſo coquendo omnem nature uim re
uocat:quo fit:ut capiti ſimul: ſpeculationiq intende
re nequeat:deinde inepte coctus multis: & craſſis ua
poribus:hũoribuſq aciẽ mẽtis obtũdit. Quin ẽt ſi ſa
tis coquat̃:tñ ut galenus ait:anius adipe & ſanguine
ſuffocatus celeſte aliquid ꝑuidere non poteſt. Tertiũ
deniq monſtrum eſt ad multam noctem: preſertim
poſt cenam frequentius uigilare: unde etiam poſt or
tum ſolis dormire cogaris quoniam uero in hoc errãt
falluntq ſtudioſi ꝑmulti: iccirco q̃tũ ingenio noceat
latius explicabo:atq rationes ſeptem precipuas af
feram. Primã ab ipſo celo:ſecundã ab elementis:ter
tiam ab humoribus:quartã ab ordine rerum:quin
tam a natura ſtomachi:ſextam a ſpiritibus: ſeptimã
a phãtaſia deductã. Principio tres planete:quẽadmo
dum in ſupioribus dicebamus:contẽplationi: & elo
quentie maxime fauent: ſol:uenus: atq mercurius.
Hi uero paribus ferme paſſibus cõcurrẽtes :aduẽtan
te nocte nos fugiũt:die uero ſolis ortu in plagam celi
duodecimam:que carceri: tenebriſq ab aſtronomis
aſſignatur:repente trudunt̃. Ergo non qui uel nocte
quando nos fugiunt:uel die poſt ſolis ortũ: quando
carceris tenebrarumq domũ intrant:ſed qui uel ꝓpe
modũ petẽtibus ortũ:uel iam ſurgentibus ad cõtem
plandum:ſcribendũq:ipſi quoq cõſurgunt. ii ſoli
acutiſſime ſpeculant̃:& eloquẽtiſſime inuẽta ſua ſcri
bunt:atq cõponunt. Ratio ſecunda. ſ. ab elementis
eſt talis:oriente ſole mouet̃ aer:tenuat̃q: & claret:oc
cidente uero cõtra:ſanguis aũt et ſpiritus motũ:qua
litatemq aeris circunfuſi natureq ſimilis ſequi neceſ
ſario cõpellunt̃. Tertia ratio:que ab humoribus du
citur:eſt eiuſmodi:in aurora mouetur ſanguis: & re
gnat

gnat:motuqȝ tenuatur:& calescit: & claret:& spūs uero sanguinē sequi:imitariqȝ solēt. Verum accedēte nocte:melācholia illa crassior: et frigidior:atqȝ pituita dominantur: que spiritus ad speculanndum ineptissimos proculdubio reddūt. Quarta ratio:que traditur ab ordine rerum:hec erit: dies uigilie:nox somno tributa est:quoniam cum sol uel ad hemisperium nostrum accedit:uel super ipsum incedit: radiis suis meatus corporis aperit:atqȝ a centro ad circunferentiam humores:spiritusqȝ dilatat: quod quidem ad vigiliam:actionesqȝ excitat:atqȝ conducit. Contra vero quando recedit:omnia coarctant̄: quod naturali quodam ordine inuitat ad somnū:maxime post tertiam:aut quartam noctis partē. Quisquis igit̄ mane quidem dormitat:quando sol: mundusqȝ excitat ad multam uero noctem uigilat: quādo natura dormire iam:et a laboribus quiescere iubet:hic absqȝ dubio cum ordini uniuersi:tum sibi ipsi repugnat:dum contrariis simul motibus perturbatur:atqȝ distrahitur. Sane dum ab vniuerso mouetur ad extima: ipse sese mouet ad intima:atqȝ contra: dum ab uniuerso ad intima trahitur:ipse se interim retrahit ad extima. Ergo peruerso ordīe:motibusqȝ contrariis tum corpus totum:tum spūs:ingeniumqȝ prorsus labefactatur. Quinto loco a natura stomachi in hunc modum argumentamur:stomachus diuturna diurni aeris actione:apertis porris admodum dilatatur:euolātibusqȝ spiritibus tandem valde debilitatur igitur subeunte nocte nouam spirituū copiam exigit: qua foueatur. Quapropter qcunqȝ eo tempore contēplationes lōgas:et difficiles inchoat:ipsos ad caput spiritus retrahere nititur:hi uero distracti:neqȝ stomacho sa

tis: neqȝ capiti faciunt. Maxime uero nocet: si post ce nam lucubrantes diu eiusmodi studiis attentius in cumbamus: pluribus enim tunc ad concoquendũ ci bum spiritibus: multoqȝ calore stomachus indiget. Hec uero duo lucubratione: studioqȝ tali diuertun tur ad caput quo fit: ut neqȝ cerebro: neqȝ stomacho suppetant. Adde ꝙ caput ob eiusmodi motum cras sioribus cibi repletur uaporibus: atqȝ cibus in stoma cho a calore: & spiritu destitutus crudescit: & putret unde rursus caput opplet: & ledit. Deniqȝ matutinis horis: quando surgendum est: ut excrementis omni bus somno retentis singula membra purgentur tunc id quod pessimum est: qui nocte lucubrando conco ctionem penitus interruperat: idem dormiendo ma ne excrementorum expulsionem diutius impedire cõ pellitur: quod quidem tam ingenio: q̃ corpori medici omnes obesse q̃plurimum arbitrantur. Merito ergo qui nocte contra naturam pro die: atqȝ conuerso: die rursus pro nocte utũtur tanq̃ noctue. ii etiam in hoc uel inuiti noctuas imitãtur: ut quemadmodum illis sub solis lumine caligant oculi: ita & iis mentis acies sub ueritatis splendore caliget. Sexto loco a spiriti tibus idem ita probatur: spiritus fatigatione diurna presertim subtilissimi quiqȝ déiqȝ resoluũtur: nocte igitur pauci crassiqȝ supersunt litterarum studiis inep tissimi: ut non aliter mancis horum fretum alis in genium uolare possit: q̃ uespertiliones: atqȝ bubones Contra uero post somnum mane spiritibus recreatis membrisqȝ adeo corroboratis: ut minimo spirituum adminiculo egeant: multi: subtilesqȝ spiritus adsunt qui cerebro seruiãt: atqȝ expeditius obsequi possunt in membris fouẽdis: regendisqȝ parum admoduȝ oc

cupati

cupati. Postremo septima ratio sic a phãtasie natura deducitur: phantasia: siue imaginatio: siue cogitatio seu quouis alio nomine nuncupanda uidetur: multis longis contrariis inuigilando imaginibus: cogitationibus: curisqꝫ distrahitur: atqꝫ turbatur. Que quidẽ distractio: perturbatioqꝫ sequenti contemplationi: tranquillam serenámqꝫ mentem penitus postulanti: nimium contraria est. Sola uero nocturna quiete agitatio illa sedatur tandem: atqꝫ pacatur: igitur accedente quidem nocte semper turbata mente: recedente uero ut plurimum mente tranquilla ad studia nos conferimus. Quicũqꝫ uero mẽte nimium agitata res ipsas iudicare conantur. ii non aliter q̃ illi: q uertiginem patiuntur: omnia uerti putãt (ut plato inquit) cum ipsi uertantur. Quamobrem scite aristoteles in economicis iubet ante lucem surgere: asseritqꝫ id & ad corporis sanitatem: & ad philosophie studia prodesse q̃ plurimum. Sed hoc ita accipiendum est: ut cita: & modica cena matutinam cruditatem diligentissime deuitemus. Deniqꝫ sacer ille uates dauid omnipotentis tuba dei unq̃ dicit uespere: sed mane semp: atqꝫ diluculo in deum suum canendum: sed cithara: psalmisqꝫ surgere. Surgere quidem mẽte ea hora omnino debemus: mox etiam corpore: si modo id comde fieri possit.

¶ Que sit hora inchoandis studiis opportunior: qsue continuandi modus. Cap. viii.

Ex iis: que in supioribus disputata sũt: ferme iã satis ɔstat oportũe nostra nos studia exordiri: uel stati oriẽte sole: uel hora una saltem uel duab⁹ ad summũ ante solis exortũ. Sed ãteq̃ e lecto surgas: pfrica parũper: suauiterqꝫ palmis

corpus totum primo: deinde caput unguibus: sed id paulo leuius: hac in re te hippocrates admoneat: Nã frictione inquit: si uehemens sit: durari corpus: si leuis: molliri: si multa: minui: si modica: impleri. Cum e lecto surrexeris: noli subite lectioni: meditationiq3 prorsus incumbere: sed saltem hore dimidium cuilibet expurgationi concedito: mox meditationi accinge te diligenter: quam ad horam circiter unam pro uiribus prorogabis. Deinde remittes parumper mentis intentionem: atq3 interi eburneo pectine diligent: et moderate pectes caput a frõte ceruicem uersus quadragies pectine ducto. Tum ceruicem pãno asperiori perfrica: demum reuersus ad meditandũ: duas insuper horas: aut saltem horã unã studio dedicato: produci uero nõnunq̃ studia possunt: sed aliquãta interdum intermissione facta ad horã usq3 meridianam. Quinetiam interdũ: q̃uis raro: nisi cibũ interim cogamur assumere: post meridiem circiter horas duas. Sol enim circa ortum potens est: potens & in medio celo in plaga quoq3 illa celi: que medium proxime sequit: quam nonã astronomi uocant: & sapientie domum sol maxime gaudet. Quoniã uero poete oẽs phebum musa℞: scientiarumq3 ducem esse uolũt: merito si qd altius excogitandum est: his horis potissimum cogitetur: si muse q̃rende: horis eisdem pheho duce q̃rantur. Relique. n. hore ueteribus: alienisq3 legendis potius: q̃ nouis: ꝓpriisq3 excogitandis accõmodate uidẽtur. Semper aũt meminisse debemus qualibet hora semel saltem paulisper remittendã esse mentis intẽtionem: cum. n. ob intentionem eiusmodi spũs resoluantur: merito si nunq̃ cesses tendere: lentus eris Dum laboras animo: interim corpore cõquiesce: mala est de

fatigatio corporis: peior animi: utriusq; simul: pessi-
ma oppositis hominem motibus simul distrahens: ui
tamq; dispdens Deniq; haud ulterius meditatio pro
cedat q̃ uoluptas: potius uero citra.

¶ Quomodo sit uitanda pituita. Cap. viii.



Pere preciũ fore uidetur: que noxia littera-
tis esse diximus: repeteř breuiter: atq; reme
dia singulis adhibere. Ergo ne pituita ni-
mis augeat: exercitatione quottidie stoma
cho ferme uacuo bis utendum: nũq̃ tamẽ laboriosa:
ne acuti spũs dissoluant: excremẽta diligentissime ab
oibus meatibus expurgãda. Sordes a corpis totius
cute: capitis p̃cipue: tũ lotiõe tũ frictiõe pẽitus abster
gende. Vitanda alimenta frigida nimiũ: atq; nisi ob
stiterit atra bilis: ẽt humida: et oino que piguia: uiru
lẽta: uiscosa: uncta glutinosaq; sint: uel que facile pu
trescere soleãt. Si stomachus: uel natura: uel etate sit
frigidus: aut dimittendus oino: aut certe minuẽdus
aque pot⁹: moderatus cib⁹ sit oportet: sed potio mo
deratior: habitatio alta a graui: nubiloq; aere remo-
tissima. Cũ ignis: tum calidi odoris usu humiditas
expellenda: p̃hibendũ frigus a capite: maxie uero cer
uice: atq; pedibus. Multũ. n. obest ingenio: ꝓdest mo
deratus usus aromatũ in frigidioribus epulis: nucis
muscate p̃sertim: & cinnamomi: & croci: zinziberis
quoq; conditi mane stomacho uacuo: quod sensibus
etiam. & memorie maxime prodest.



¶ Qua rõne uitãda sit atra bilis. C. x.

Essimã uero illã: quã i supioribus dete
stabamur: atrã bilẽ hec augẽt crassũ tur
bidũq; uinũ p̃cipue nigrũ. Cibi duri sic
ci salsi acres acuti ueteres usti assi frictis

carnes bouis: & leporis: caseus uetus: salsaměta: legu mina: precipue faba: lenticula: melongia: eruca: brassi ca: sinapis: radicula: alliũ: cepa: porrum: mora: cario te: & quecunq3 calefaciunt: uel frigefaciunt simul: at q3 desiccant: & omnia nigra. Ira: timor: misericordia dolor: ocium: solitudo: & quecũq3 uisum: & olfactũ auditumq3 offendunt: omnium uero maxime tene bre. Preterea exiccatio corporis nimia: siue longis na ta uigiliis: siue multa mentis agitatione: uel cura: seu frequentiq3 coitu: usuq3 rer calidar multũ atq3 sic car: seu imoderata quadã deiectione: atq3 purgatio ne: uel exercitatiõe laboriosa: uel iedia: siti: calore: uel sicciore uento: uel frigore. Cũ uero bilis atra sp siccis sima sit: frigida quoq3: licet ñ eque: huic certe resistẽ dum est rebus qdẽ modice caldis: hũidis uero q̃ maxi me. Cibis elixis assidue: q coquantur facile: & subtil ẽ gignant sanguinẽ: atq3 clarissimũ. Sed interi: ut sto machi & pituite ratio habeatur: pinde atq3 bilis atre epule cinamomo: & croco: & sandalis cõdiantur. Cõ ferunt semia pepõis: atq3 cucumeris: & pinei nuclei ab luti: cõueniunt lacticinia oĩa: lac: caseus recẽs: amyg dale dulces: cõueniũt carnes auiũ: & pullor gallinace or: q̃drupedũ ue lactẽtiũ: oua sorbilia maxie: & ex mẽbris anialiũ cerebellũ: dulcia mala: pyra: psica: pe pones: pruna damascena: atq3 similia. Cucurbita rite cocta: herbe hũide: nõ uiscose: cerasia uero ficus: uuas minie laudo: nauseã uero & satietatẽ ualde detestor. Nihil aũt aduersus hanc pestẽ ualẽtius est q̃ uinũ leue clarum: suaue: odor: ad spiritus pre ceteris pspicuos generandos aptissimũ. Nã (ut platoni & aristoteli pla cet) hic humor hoc uino non aliter mollitur: atq3 dul cescit: & claret: q̃ uel lupini aqua perfusi: uel ferrũ flã

mis

mis accensum: uerum quãtũ eius usus spiritibus: et in genio prodest: tantũ nocet abusus. Preterea ifundere aurum uel argentũ maxime ignitũ: eorumq; folia in poculis: uel in ipso iure prodesse cõsentaneũ est: atq; aureo: uel argenteo uasculo bibere: cibosq; sumere. Item perutile est: si sepe stomacho uacuo liquiritie suc cus deglutiatur: succus quoq; punici pomi dulcis: at que dulcis arancei. Cõducunt non mediocriter sua- ues odores temperati maxime: at si regnat frigus: ad calidum declinantes: sin dominetur calor: uergentes ad frigidũ. Temperandi sunt igitur ex rosis: uiolis: myrto: camphora: sandalis: aqua rosacea: que frigi- da sunt. Rursus ex cinamomo: citro: aranceo: gario- phylis: mẽta: melissa: croco: ligno aloe: ambra: musco que calida. Verni flores prosũt in primis & folia citri: siue arancei: odoraque poma: sed maxie uinũ. Odo- res eiusmodi prout cuique cõuenit: & naribus hauriẽ di sunt: & pectori: atq; stomacho admouendi. Odo res uero calidos multũ: siccosque: si soli fuerint: & cõ tinui: non probamus. Tenendus ore iacynthus: qui animum uehementer exhilarat: hierobotanum quo que: idest sclarea siluestris tũ cibo: tũ odore ɔfert: bu glosa rursus: borrago: melissa: horum que triũ aqua Rursus lactuca endiuia: uua passula: lac amigdalinũ mense familirissima esse debent. Fugiendus aer aut feruens: aut glacialis nimium: aut nubilus: sed aer temperatus: serenusque liberrime admittẽdus. Mer curius pythagoras: plato iubẽt: dissonantem animum uel merentem cithara: cantuq; tam constanti q̃ cõcin no componere simul atque erigere: dauid autem poe- ta sacer psalterio: psalmisque saulem ab insania libe- rabat. Ego etiam si modo infima licet cõponere sum-


mis q̃tum aduersus atre bilis amaritudinẽ dulcedo lyre: cantusq; ualeat: domi frequenter experior. Laudamus frequentem aspectum aque nitide: uiridis: rubeiue coloris: hortorum: nemorũq; usum: deambulationem secus flumina: perq; amena prata: suauem equitationẽ quoq;: gestatiõem: nauigationemq; lenẽ ualde probamus. Sed uarietatem in primis: facilesq; occupationes: diuersaq; negotia non molesta: assiduam hominum gratiosorum consuetudinem.

¶ Cura stomachi. Cap. xi.


Equitur ut curam stomachi diligẽtissimam habeamus: ne nauseã: cruditatẽue adducat unq̃ satietas: caputq; offẽdat. Bis cibus quotidie sumendus est: et modicus: atq; leuis cinnamomo: macce: nuce muscata moderate conditus. Sẽper tamẽ siccus cibus põdere alimenta mollia: potũq; exuperet: nisi forte atre bilis siccitatẽ admodũ ueream ur. Famem (si cõmode fieri potest) cibus sit: in pot? expectet: auiditas utriusq; supsit mense: fastidiũ & saturitas procul absint. Abstinendum ab iis: que ob nimiã humiditatem: uel uirulentam: & unctã uiscosãq; materiam stomachũ relaxando debilitant: uel ẽt frigida: aut calidissima sunt: aut ꝓpter duritiam egere coquuntur. Et que talia sunt: ut diu post mensam palato saporẽ reddant molestiorẽ: siue inflent: siue caput multis uaporibus ipleant: ab oibus in primis: que facile: uel extra aluũ: uel in aluo putrescant. Dulces sapores: aut acres si soli sint: nullo pacto probamus: sed dulces acri quodam: uel acuto: uel sicco uolumus temperari. Mastix: & menta sicca: saluia recens: uue passule: cydonia: poma cocta condita sacharo: cicorea: rosa: corallus: lotus capparis: et aceto conditus stoma

cho amicissima sunt. Mala preterea punica sapore inter acidum dulcemq; medio: & omnino quecũq; moderate arida sunt: & aliquantulum austera: que medici stiptica uocant: siue que aliquantum acuta sunt: uel salsa: uel aromatica: myrobalani aũt omnia superant. Vinum quoq; rubeũ potius q̃ albũ sapore quasi paululum subamaro: ac nisi caliditas uel distillatio aliter postulauerit: optimum erit merum bibitum paulatim: omnino autem liquidiores epule prius sumende q̃ duriores. Sumpto uero cibo: cõuenit coriandrũ pomumq; cydonium conditum sacharo: mala punica & pyra austera: mespila quoq;: & psica sicca: atq; similia. Mandere uero oportet ante quã deglutiantur singula exactissime: fouendus stomachus: si oportet extrinsecus: mastice: rosa: menta: corallo. Cauendũ ne post cibum: duabus aut tribus proximis horis uel cogitationi difficili: uel lectioni sedulo incũbamus. Necessarie forsan erunt hore uacationis quattuor: si cibus potusue uberior fuerit: aut cibus durior. Malum est cibo: potuue uentrem extendere: pessimum stomacho sic extento difficilia cogitare: aut igitur nutrimẽtum sume leuissimum: aut sumpto uaca: donec quasi concoxeris. Neq; dormiendum post cibum meridie: nisi maxima cogat necessitas: atq; id quidem non prius q̃ horas duas uigilauerimus: nocte tamen sumpta cena: hora (ut uidetur) una uigilia sufficit. Coitus stomacho pestilens: presertim si uel saturo statim: uel esuriente concumbas: ocio meret stomachus: exercitatione gaudet: nisi dum cibo sit plenus. Sumpto cibo statim modice deambulandum: mox uero sedendũ.

¶ De iis: que fouent membra: precipue uires spiritus. Cap. xii.


Ed iam prestare uidet̃:ut nõnulla ex medicorum officina in medium ꝓducamus:q̃ stomachi:cordis:cerebri:spirituũ ingenii uires:uel seruẽt integras:uel restituãt: ac si uel pituita uel atra bilis excrescat:uel imineat nausea : longe ꝓpellant. Oẽs sine cõtrouersia medici cõsenserũt: nihil esse salutarius tiriaca:fouendis cõfirmandisq3 tũ singulis mẽbris:& uiribus:tũ spiritibus: atq3 ingenio. Huius igit̃ in ꝑmis utemur drachma dimidia:aut saltem drachme tertia parte bis q̃libet ebdomada:hyeme:& autũno:sed estate:atq3 uere semel:uel sola: uel (si placet) frigidis:humidisq3 tꝑibus cum pauculo mero claro:suaui. Temporibus uero calidis:siccisq3: presertim si natura:uel etas sit calidior: cũ aque rosacee duabus unciis:aut tribus stomacho.s.uacuo:sex aut septẽ horis ante cibum. Si tiriaca desit: dabimus mithridatũ::sed ubi tiriacã mithridatumue sumim⁹ eo die ab omni re calida penitus abstinẽdũ:ac si estas aut uer fuerit:frigidis est utẽdum:secundo uero loco eadem in causa probat̃ ab oĩbus aloe rite electa:atq3 lota. Sume myrobalanarum chebularũ drachmas duas:rosarum purpurearũ sandali rubei:emblicorũ cinamomi:croci:corticis pomi citri: beem : melisse.i. citrarie:singulorum drachmã unam:aloes electe riteq3 ablute drachmas duodecim. Ex his confice pilulas optimo mero:quibus ebdomada qualibet semel utaris diluculo:eo scilicet pondere: quod nature tue conueniat: estate quidem cum aqua rosacea:alias uero cum uino. Quibus autem diebus neq3 tiriacam: neq3 pilulas assumes:utere confectiõe eiusmodi mane:atq3 uespere:duabus:aut tribus ante cibum horis. Summe cinnami electissimi drachmas quattuor:

chebularum:

chebularũ:myrobalanorũ duas:& totidem emblica rum croci:rosarũ purpurearũ drachmã dimidiã:san dalorum rubrorum drachmas duas :coralorũq; si mi lium drachmã unam:sachari albissimi quãtum satis est. Funde sacharum aqua rosacea:atq; succo citri :uel limonum equalibus uidelicet portionibus:coque sua uiter : deinde adde musci tertiam drachme partem: atq; ambre tantundem:demum confice bolos solidos quos morsulos uulgo nominant: auroque inuolue. Tria hec ipsi eo usu:quo prescripsim⁹:experti sumus tiriacam & aloem:ita (ut diximus) temperatam :cõ fectionemque illam singulis conferre membris:& ui ribus: & spiritibus:acuere sensus : atque ingenium: memoriam confirmare:pituitam quoque & bilẽ:atq; atram bilem illis pillulis facile uel educi : uel emenda ri. Preterea etati cuilibet: & nature tria:que diximus familiarissima iudicantur.

❡Medicine contra pituitam. Cap. xiii.

SI aduersus exundantem pituitam acrius pu gnandum fuerit :pillulas aurora ex hierapi cra galeni:uel quas mesues elefanginas no minat : dabimus scilicet quot : & quotiens oportuerit:uel etiam in robustiore natura pillulas ex hiera:atqʒ trociscis agarici pari portiõe compositas: semper uero cum melle rosaceo liquido :atqʒ oximel le:aquaqʒ maratri:idest feniculi. Qui certe syrupus ĩ pituita digerenda etiam ante pillulas:atque post eas maxie prodest. Si una cum pituita ceteri quoqʒ hũo res turbent:pillulis ex reubarbaro mesues:uel pillu lis:que sine quibus a posterioribus nuncupãtur : op portune purgabimus. Omnẽ uero uehementẽ: repen tinãque deiectionem : purgationẽqʒ penitus detesta

mur. Nam stomachũ: corque debilitat: spiritus multos exhaurit: confundit humores: spiritus fumis humorum fuscis obtenebrat.

¶ Distilatio: atque eius cura. Cap. xiiii.

VBi caput propter pituitã distillationibus fluctuat: q̃doq; hora somni aliquot ex pillulis quas modo descripsimus dabimus. Iubebimus preterea ea hora: & aliis thus sepe mandere: nam mirifice distillationibus: & sensibus omnibus: memorieq; succurrit. Rursus muscata nux: & tiriaca ore retenta probatur: maiorana quoque: quam amracum nominant: uel eius aqua admota naribus: uel infusa. Post cibum uero alimentorũ fumos coriandro: cidoneisq; cohercebimus.

¶ Dolor capitis: & cura eius. Cap. xv.

SI caput sepe doleat humore grauatum frigido: preter illa: q̃ narrauimus: ɔfectiõem illã quã diambrã nominãt: uel diachori: uel plisarchoticon tenere ore iubebimus. Qui etiã masticẽ sepe mandere: preterea linire frontem: tempora: ceruicem maiorane: feniculi: rute foliis: una cum oleo rosaceo tunsis. Similiter aloe: aceto: oleo: aqua que rosacea perfecte diluta.



¶ De cura uisus. Cap. xvi.

Bi oculi caligãt: neq; rubent tamẽ: neq; aliud p̃bent ullũ caloris inditiũ: tũ sãe colliriũ ex aq̃ feniculi: maiorãe: celidõie rute: adhibito croco: & ãtimõio: ɔfert: sed aq̃ eiusmodi prius dẽsiori pãno ẽ exprimẽda nihil tñ admoueas oculis: nisi ãtea pillulis lucis sepe purgaueris. At si caligãtes oculi rubeãt: subito pillulis ex fumo terre cõpositis purga: mox colliriũ

ex aqua rosacea & sacharo prodest: nõnunq̃ uero al/bumine oui: tucia: lacte adiectis quamprimum opitulatur. Omnino autem quottidianus usus maratri uisum seruat: & acuit: semen quidem eius frequenter ore tenere oportet: folia uero comedere: trifera minor a mesue descripta optima est. Optimum quottidie uacuo stomacho myrobalanum chebulam conditam sumere: atque cum ea non nihil panis ex sacharo: maratroque in puluerem ducto compositi. Quod insuper ingenio mirum in modum: ac producende uite prodest: eufragie quinentiam usus oculis est singulare presidium. in omni uel dolore capitis: uel caligie oculorum diuertendi sunt retro uapores frictionib⁹ cucurbitulisq3: ac si calor in causa sit: sanguisq3 abũdet: hirudines ceruici: & humeris adhibebimus.

¶ De gustu instaurando. Cap. xvii.



Tomachus sepe litteraru3 studiosis gustum fere omnem amittit: si id pituite uitio incidit: quod accidus oris sapor: uel saliua multa: & glutiosior indicat: post quã aluũ subduxeris: medicinis: quas supra narrauim⁹ aromatico rosaceo utere. s. sacharo rosaceo mixto: melle quoq3 rosaceo cũ cinamomo solo ẽt uel zizibere ɔdito: uel mẽte syrupo sed in primis tiriaca. Sin aũt bilis copia forte cõtingit quod qdẽ os amarũ ostendere solet: similiter post purgationẽ ex aloe: sicut diximus p̃parata: uł reubarbaro: assume uel triasãdalũ: uel oxizacharã: & sacharo aceto albo: & uino acrioris punici mali cõpositã: uł p̄sica: pyraue: siue cõdita: siue syrupo cõfecta: sicut mesues docet: uel nostrã eiusmodi confectionem gustui saluberrimã. Sume sachari rosacei uncias quattuor

diamarenati uncias duas: diacitonitem tantundē: scilicet uncias duas: mirobalanorū chebularū semunciā emblicarū tātundē: sandali rubei: coralli rubri: utrorumq; eque drachmā dimidiā: funde insuper iuleb ex succo citri: uel limonis tres uncias: aut duas. Quod si stomachus debilis est: & frigidus: adiice duas cinnami drachmas: his autē cibum duabus horis utendū. Nauseam semper ab utroq; natam humore tollit diacitonitē: & usus capparis cum aceto: item potus modicus ieiuno stomacho albi aceti rosacei: si duplo sachari pondere misceat̄: rursus mente syrupus: atq; absinthii. Item menta: uel aceto condita: uel accido mali punici succo diluta.

¶ De exacta atre bilis cura. Cap. xviii.



muscate: maci: olibano: mastici: atq; doronico: qualẽ
etiã saluie experimur inesse: tradunt ambrã: & muscũ
stipticam habere uirtutem. Zinciber aũt ob quandã
eius humiditatẽ presertim recens: & cõditũ senibus se
pe prodest. sed hoc & gariophylus ꝓpter caloris ue-
hementiã caute uidetur accipiendũ. Zedoaria quoq;
caute: tametsi tiriace similis iudicatur: & stipticam si
mul: atque pinguẽ naturã habet: senibus cõmodissi-
mã. Ambra ꝓpter calorem quasi tẽperatũ tuto ferme
sumitur: ac propter lentorem cum stiptica subtilitate
mixtum prerogatiuam habet ad uitam in membris:
& spiritibus confirmandã. Tũ uero si ex ea fiat aqua
cutisq; lauetur: digestionem quartam restituit: ac mor
bos eius defectu contingentes expellit. Aromatica ue
ro: que subtilem admodum substantiam habent
qualem cinnamomum: atque crocus: cordialibus fri-
gidis: et durioribus sunt miscenda. Nam aromatica si
tantum calida: subtiliaq; sint: & sola sumantur: na-
turalem calorem nimis excitant: humoremque dissol
uunt. Necessaria tamen sunt tum frigidiorib⁹: & hu
midioribus epulis cõcoquendis: tum cordialibus du
ris ad precordia transferendis. Te namq; latere nõ d
bet: humorem ipsum uite necessarium primas in cord
sedes habere: & arteriis: uenisq; eiusdem: quod isaac
perspicue docet atq; (ut auicenna probat) hic humor
naturali ceterorum membrorum humore frequenter
irrigatur: atq; fouetur. Quapropter cauendum est:

ne mēbri ullius humor casu quopiam arefiat: multo q; magis: ne precordiorum humor comminuatur. At que ut nutrimenta: uł fomenta: et cordialia omnia p angustos meatus ad precordia latissime perferantur: his insere crocum: ut uero sistantur: ibi myrobalanos adhibe. Vt autem consequaris utrunqz: accipe inter calida muscum: atque ambram: inter frigida rosas at qz myrtum. Memento dulce maratrum senibus pro futurum: nam & nutrimentum per membra diffun- dit: & qua facultate lac: eadem humorem auget natu ralem: unde dioscorides maratro serpentes ait annu- am exuere senectutem. Probamus & saluiam: hec enī nature uirtutem temperate calefacit & firmat: para- lysim propulsat. Probamus & moderatum oditi zin ziberis usum: habet enim cum calore pinguedinem.

¶ De auro: & aureis alimentis: & recreatione se- num. Cap. x.



AVrum omnes ante omnia probant: tan- quam omnium rerum temperatissimum: & a corruptione tutissimum. Soli quidem pro pter splendorem: ioui autem propter tempe rantiam consecratum: ideoqz posse calorem natura- lem cum hūore mirifice tēperare: hūores a corruptiōe seruare: solarem et iouialē spiritibus et mēbris inferre uirtutem. Verꝝ tamē optāt durissimā auri substantiā subtiliorē facere: penetratuqz facillimā: nouerūt enī cordialia tunc maxime latentē cordis recreare uirtutē quādo in eis attrahendis minime natura laborat. Vt autem minime fatigetur: uel subtilissima iam effecta: uel cū subtilissimis sūt exhibenda: optimū fore putāt si absqz aliena pmixtiōe auꝝ potabile fiat: sin minus possit: cōtusū: & ī folia redactū accipi uolunt. Aurū

ferme potabile habebis: ut dicã: collige flores boragi
nis: buglosse: melisse: quã citrariã noiamus: et quãdo
luna leonẽ subit: uel arietẽ: uel sagittariũ: aspicitq̃ so
lẽ: aut iouẽ: coq̃ cũ cãdido sacharo: aqua rosacea liq̃
facto: & ꝑ qualibet uncia ĩsere diligẽter auri folia tri
a ieiunus cũ uino quodã aureo sũe. Itẽ aquã ex capo
ne distilantẽ foco: uel aliter cõsumpto una cũ iuleb su
me rosaceo: ĩ quo auri folia quedã ante ꝯtuderis. Pre
terea in nitidissimã fontis aquã aurũ extingues igni-
tum: cũ eadẽ auri cõtundito folia: eadẽ uinum aureũ
tẽperato: & una cum eiusmodi potu cõedito recentẽ
oui uitellum: facile uero in tota corporis arbore serua
bis humorem: si in radicibus conseruaueris. Accipe
igitur gallinarum & pullorum eiusmodi: atq̃ caponũ
cor: iecur: stomachum: testiculos: cerebellum: coque a
qua modica: minimo sale. Cocta contunde ex tota
carne: & toto iure: & sacharo addito recentis oui ui
tello: fac placentam modico cinnamomo: crocoq̃ con
ditam: & auratam. Hac uesceris esuriẽs semel saltem
quarto quoque die: & tunc quidem sola: claro tamen
ad potum addito uino.

¶ De usu lactis: sãguinisq̃ hũani ꝑ uita sana. c. xi.


Epe post decimũ statuꝫ: & nõnunq̃ post
nonũ septenariũ arbor hũana aretacto
paulati hũore tabescit. Tũc primũ hũa
no iuuenilíq̃ liquore irrigãda est hec ar
bor hũana: quo reuirescat. Eliges ergo
ꝑ uellã sanã: formosã: hilarẽ: tẽperatã &
famelicus lac eiꝰ sugito crescente luna: statiq̃ cõedito
maratri dulcis modicũ puluerẽ sacharo rite ꝯfectũ.
Sachaꝝ qdẽ lac in uẽtre cogi: uel putrefieri nõ ꝑmit
tet: maratrũ uero cũ & subtile sit: & lactis amicũ di-

latabit

latabit ad membra: quos ectica senilis exedit: medici diligentes liquore hūani sanguinis: q arte sublimi di stilauit ad ignem reficere moliuntur. Quid ergo phi bet quo minus senio iam quasi confectos īterdū hoc etiam potu reficiamus. Cōmunis quedam est: & ue tus opinio: aniculas quasdā sagas: que & striges uul gari nomine nuncupantur: infantium sugere sangui nem: quo p uiribus iuuenescant. Cur non & nostri se nes: omni uidelicet auxilio destituti: sanguinem ado lescētis sugant? uolētis inquā adolescentis: sani: leti: temperati: cui sanguis quidem sit optimus: sed forte nimius. Sugent igitur more hirudinū ex brachii si- nistri uena uix aperta: unciam unam: aut duas: mox uero sachari uini que tātundē sument: idq; esuriētes: & sitibūdi faciēt crescente luna. Si crudus egre cōcoq tur: coquatur prius una cum sacharo: uel ad aquam calidā moderate distillet sacharo mixtus: deide biba tur. Fouere quoque stomachum tunc sanguine suillo presens auxilium est: quē utique sāguinem e uena suil la fluentem spongia calente uino madefacta combi- bat: & stomacho stati calens admoueatur. Galenus atque serapio morsum rabidi canis sanguinis canini potu curari dicunt: rationem uero illis assignare non placuit. Ego igitur biduum eam queritās: opior deni que saliuā canis rabidi uenenosā ipressam hois pedi leso p uenas paulati ad cor ascēdere more ueneni: ni si qd iter a distrahat. Si igit̄ iterim canis alterius san guinē illū biberit: sāguis ille crudus ad multas horas natat in stomacho: euz denique uelut pegrinum deie cturo per aluum. Interea caninus sanguis iste saliuaz caninā superiora mēbra prehensantē prius q̄ ad pcor dia uēiat: deriuat ad stomachū: nā & i canino sangui

ne uirtus est ad saliuã canis attrahẽdã: & in saliua ui cissim uirtus ad similẽ sanguinem ꝓsequendũ. Venenum igit̃ a corde semotũ: sanguinique ibibitũ in aluo natãti: una cũ sanguine ꝑ inferiora ꝺducit̃: hoĩnẽque ita relinqt incolumẽ. Quorsũ hec: primo qdẽ: ut rei tã occulte succurrentẽ inter disserẽdũ causã apperiri deĩde ut moneã sanguinem potari posse: & qdẽ salubriter. Atque in sanguĩe hũano uirtutẽ esse: que humanũ sanguinẽ attrahat: et mutuo ꝓsequat̃: ne forte diffidas iuuenilem sanguinẽ a sene bibitũ trahi ad uenas: mẽbraque posse: ibique ꝓdesse q̃ plurimum.

¶ Dieta: habitatio: cõsuetudo senũ. Cap. xii.

MEminisse decrepitos expedit: naturam debilem non esse nutrimẽtorũ pondere fatigandam: uel etiam epularũ diuersitate nimia distrahendã: nam & iuuẽilis etas hoc uitio fit cito senilis. Diuidant ergo mensas: nec tam multa naturam alimonia quam frequenti reficiant: interuallo tamẽ interi ad digestionẽ dato. Naꝫ sepe etiam postq̃ stomachus ipse cõcoxerit: nisi & iecur quasi digesserit: sumere nutrimẽtũ: naturã distrahit: atqꝫ fatigat: qua qdẽ lassitudie sepiꝰ frequẽtata: aduolat intẽpestiua senectꝰ. Senes hyeme uelut oues aprica petãt: estate uelut aues amena: riuosqꝫ reuisãt: frequẽter inter uirentes uersent̃ plãtas: & suauiter redolẽtes: he nãqꝫ uiuẽtes: spirãtesqꝫ cõspirãt ad spũm hois augendum. Ad loca uero cõiter apibꝰ amica ꝯfugiãt mellaqꝫ hyeme degustẽt: mel enĩ cibus est senibꝰ in primis amicus nisi ubi bilis timet̃ incendium. Amicus caseus recẽtissimꝰ: amici dactyli ficus: passule: cappares: dulcia pũica: zinziba: isopus: scabiosa: bectonica: sed pistacia multo magis. Pinei uero nuclei maxie omniũ: sicut diximus

ximus:ex quibus plurimum referent adiumentũ: si eos horas duodecim in aqua paulum calida teneant: priusq̃ edant:sic enim stomacho nõ nocebũt: ac preterea:si dum his utuntur: ét inter pineta: & oliueta:uitesq; uersentur:aut saltem pini uaporem accipiant:& odorẽ. Itẽ gummi:lachrymeq; pini cum oleo:uel uino corpus sepe deliniant:ꝓbabile enim est: arbores lõga naturaliter uita dotatas:preserti si etiã hyeme uiresca̋t:ad longã tibi uitã:umbra:uapore: nouo fructu: ligno:& tẽpestiuo quolibet usu ꝓdesse:de aialibus ãt lõgeuis supra diximus. Iaz uero ad idem tibi forte cõducet:si uiuas plurimũ penes eos:q sani: tibi sano natura sint similes:& amici:ac magis forsan:si paulo iuniores. Vtrum uero:& quomodo frequẽs adolescentum consuetudo parumper senium retardare ualeat pudicus socrates consulendus.

¶ Que adminicula senes a planetis accipiant ad omnia membra fouenda Cap.xiii.



Erũ consulite potius solliciti senes apollinem:q socratẽ grecorũ sapiẽtissimũ iudicauit. Cõsulite iouẽ insup:atq; uenerẽ:phebus ipse artis medicie ĩpertor nucẽ muscatã uobis fouẽdo stomacho dabit:iuppiter cũ phebo masticẽ: atq; mẽtã:uenus uero corallum. Fouendo rursum capiti phebus peoniã:thus:amaracum:& cũ saturno myrrã spicam nardi:macẽq; iuppiter :uenus deniq; dulce maratrũ:atq; myrtũ. Ad cor uero fouẽdũ accipietis a phebo qdẽ citrariã:crocũ:lignũ aloes:thus:ãbrã :muscũ doronicũ modicũ:garyofilũ:citri corticẽ: cinamomũ Ab ioue lilium:buglossam:ocimũ:& mẽtã: beeniasq; radices:& cãdidas piter:& rubẽtes. A uẽere sola qdẽ

myrtũ:& sandalũ:atq3 rosam : una cũ saturno coriã drũ. Hec uos cõtũdite diligenter:& que stomachi sũt cydonio℞ oleo in formã ceroti cõficite : que uero capitis:oleo spice perfundite:ac illinite ceruicẽ:tẽpora:frõtem:que deniq3 cordis:aureo uino spargite: aquaq3 rosacea:eaq3 foris precordiis admouete. At iecur in primis creando sanguini necessariũ (nescio quomõ) pretermisimus ; huic ergo semp̃ eupatorio:& opobalsamo pheb⁹ opitulabitur:pistaceis iuppiter: atq3 passulis:uenus aũt hepatica:endiuia spodio:cicorea. Lieni tandem fouendo saturnus ille uester una cum ioue capparim dabit uobis:scolopẽdriã:tamariscũ. Sicut uesicã iuppiter cũ uenere:pina glyrhi za:amido :cucumeris seminibus:malua:althea:manna:cassia curat. Saturnũ uero uerendum pluribus : ne adeo uos fugite senes: hic enim quã peregrinus est iuuenibus : tam uobis domesticus erit. Vt igitur totũ ipse quoq3 uobis corpus uegetet pro uiribus:atq3 cõfirmet:accipientis nõnũq̃ ab eo regnante : pariterq3 a phebo mum iã simul:& anseris assi pulpã : hec anseris adipe modico ẽlinite :contundite diligenter. Myrobalana℞ chebularum atq3 idarum melle cõcoqte:ambra:musco:croco cõdite:añ oĩa uero hec uobis profutura confidite: credentes medicina℞ ad uitam cõferentium uitam esse fidem:qua speretis:& deum supplicantibus uobis adspiraturum. Et res ab eo creatas : p̃serti celestes mirifica proculdubio ad augendam:uel cõseruandã uitam habere potentiam. ¶ Cõfabulatio senum sub uenere per uirentia prata. Cap.xiiii.



Ed a grauioribus his numinibus : ad uenerem parumper uos p̃ hortos: & prata senes uirẽtia reuoco ad almam uenerem: uos oẽs aduoco

aduoco:non ludentẽ qdem uobiscũ:sed iocantẽ. Hec & uobis inq̃:et mihi iam seni primo quidẽ iocosũ hoc fundit oraculũ. Ego fili:si nescitis:uoluptate: motu⸗qꝫ uobis uitã dedi:ego igitur uoluptate quadã:mo⸗tuqꝫ:& si non simili:uobis seruabo uitã : eandẽ quoqꝫ seruabit libertate liber:uitissator:propagator uite. Liber ipse semper odit seruos : & quã uino promittit uitã solis liberis implet longam:mee quidẽ uite simul atqꝫ menti quondam profuit regnante saturno dimi nuta menta:placetqꝫ quotidie:uobis autẽ maior mẽ ta:menti:uiteqꝫ prodest:diminuta nocet:risũ ex meis hortis legite:negligite ficũ. Has uero uiolas qñ carpi tis:carpere uos existimate lilia:prehendentes liliũ : cõ prehendere crocum. Crocum a phebo iuppiter ipse na ctus propagauit in lilium:lilium ego a ioue suscipiẽs: in has:quas hic uidetis:uiolas transformaui: deniqꝫ rosa quidem uobis esto lucifer:hesperus uero myrtus Post oraculũ nobis cogitandũ mandat rerum uiridi⸗um naturã:quatenus uirent:non solum esse uiuã: sed etiam iuuenilem:humoreque prorsus salubri ; & uiui do quodam spiritu redundantem. Quapropter odo rem:uisu:usu:habitatione frequenti: iuuenilem inde spiritũ nobis influere:inter uirentia uero deambulan tes interim causam perquiremus. Ob quam color ui⸗ridis uisum pre ceteris foueat : salubriterqꝫ delectet. Inueniemus tandem naturam uisus esse lucidam : ac lucis amicam:uolatilem tamẽ: ac facile dissipabilem: Idcirco dũ per lucẽ se dilatat: uelut amicam : interdũ nimio lucis excessu rapi prius:& uehementi dilatatio ne dissolui:tenebras aũt naturaliter uelut inimicas fu gere:ideoqꝫ radios in angustũ inde retrahere. Optat uero uisus ita perfrui lumine ; ut per amicũ hoc suum

amplificetur quidē: nec tamē interim dissipetur: iā ue
ro in quocunqꝫ calore pluſ admodū tenebraꝝ: siue
nigredinis est q̄ lucis: nō dilatatur: nec ideo delectat̄
radius uisus ad uotū. Vbi uicissim plus admodū splē
didi coloris est; q̄ nigri: spargitur latius: noxia qua=
dam uoluptate distractus. Quamobrem color uiridis
maxime omniū nigrū cum cādido temperans: prestat
utrūqꝫ: delectans pariter: atqꝫ conseruans: & molli
insuper: & adhuc tenera qualitate: sicut & aqua radi
is oculorum absqꝫ offensione resistit: ne abeuntes lō=
gius disperdantur. Que enim dura sunt simul: & aspe
ra: frangunt quodāmodo radios: que uero rarissima
sunt: dissolutioni aditū patefaciunt: sed que solidita=
tem aliquā habēt: lenēqꝫ simul equalitatem sicut spe
cularia corpora: nec ipsa qdem frangunt: neqꝫ lōgius
disperdi ꝑmittunt. Que deniqꝫ preter hec beneficia:
tenera quoqꝫ sunt: & mollia: sicut aqua: resqꝫ uirides
liqdis oculoꝝ radiis mollitia blandiunt̄. Deniqꝫ uisus
radius quidā est i quadā oculoꝝ aqua naturaliter no
bis accensus ac temperatum lumē in aqua quodāmo
do resistente reqrit. Itaqꝫ gaudet aqua: delectatur spe
culis aque similibus: uiridibus oblectatur: in qbus sa
ne uiridibus solis lumē insitū adhuc uernū secū habet
hūorem: aquāqꝫ subtilē occulto quodā lumīe plenam
ex quo fit etiam: ut color uiridis cū tenuatur: i croceū
resoluatur. Quorsum hec? ut intelligamus frequen=
tem uiridiū usum: siquidem uisus spiritū recreat; q in
animali spiritu quodāmodo precipuus est: animalem
quoqꝫ reficere. Atqꝫ etiā meminerimus: si color uiri=
dis: quia inter colorum gradus medius: atqꝫ tēpera=
tissimus est: tantū aniali spiritu prodest: multo magis
que per qualitates temperatissima sūt: naturalē: & ui

talem

talem ſpiritum iuuatura:atq; admodũ profutura no bis ad uitã. Nihil in mundo tempatius eſt q̃ celum: nihil ſub celo ferme tẽperatius eſt q̃ corpus humanum nihil in hoc corpore tẽperatius eſt q̃ ſpũs. Per res igitur tẽperatas uita pmanens in ſpiritu recreatur: ſpiritus per temperata celeſtibus cõformatur. Deniqꝫ diſcamus ex temperie uiridis: que illuminando eque cõgregat anialem ſpiritũ:atqꝫ dilatat: ideoqꝫ maxime iuuat. Nos quoqꝫ in cordialibus eligendis: cõponendis:utendis:aromatica:ſubtilia:& acuta: que ſpũm extẽdere:uel ẽt illumiare ſolent:qđ facit crocus: atqꝫ cinamomũ:cum aromaticis ſemp ſtipticis cõgregantibuſqꝫ:ceu myrobalanis:& ſimilibus cõmiſcere:atqꝫ uiciſſim. Neqꝫ pretermittere:que abſqꝫ acumie ẽt aromatico ſimul utrũqꝫ cõficiunt: aliq̃tum uidelicet dilatant:atq; admodũ ꝯgregant: multũqꝫ illuminãt que & alias narrauimus:qđ efficit auꝝ:argentũ: ſpodion:corallꝰ electrũ:ſericũ:pretioſi lapilli:inter quos iacynthus:uel ore detentus ob iouialẽ tẽperiem plurimum cõprobatur. Cum eni ſub terra nequeant ſpetioſiſſima:& quaſi celeſtia ꝓcreari abſqꝫ ſummo quodã beneficio celi: probabile eſt rebus eiuſmodi mirificas celitus ineſſe uirtutes. Cõpoſitio uero eiuſmodi: que dilatando:& illuminando ſpiritũ eque cõgregat ita delectat eum intrinſecus atqꝫ recreat:ſicut foris uiriditas oculos atqꝫ ipſum etiam apud ſenes in naturali quadã uiriditate diutiſſime ſeruat quaſi lauꝝ:oliuã:pinũ:etiam hyeme uirentem. Tantoqꝫ magis id efficit:quo efficit:& interius:atqꝫ maxime:ſi compoſitio talis aromatico flagret odore:alliciatqꝫ ſapoꝛ:ꝑfecto ſicut corpus ex craſſioribuſ humoꝝ partibus cõpoſitum in quintã redigitur formã:ita ſpũs ex ſubti-

lissimis eorundē portionibus cōstitutus formā habet qntam naturaliter temperatissimā: atqz lucidā: ideo que celestem. Atqz in hac ipsa forma conseruandus est: ut subtilis quidem sit: & interea firmus: sicut diximus: sit oīno lucidus: sed ēt quodāmodo solidus. Ac p̄terea rebus odoriferis firmis lucidis assidue foueat̄ si uitam cupimus cōseruare: que uiget in spū: & uēdicare nobis celestia dona. Hec hactenus iussu ueneris contemplati: uenerem ipsam audiuisse putemus.

¶ Mercurius alloqtur senes: & consulit eis circa uoluptatem: odores: cantus: medicinas. Cap. xv.



Nterea dū inter senes: ipsa quasi uenus cōfabularet̄ forte quidē hactenus satis belle deinceps uero p̄lixius forsan fabulatura foret. Sermonē hunc his mercurius uocibus sermonū auctor īterpellat. Quid nā uobis est cum uenere istac semper puella sene: qd rursum ueneri cū sermōibus: nōne mei simul: atqz uestri sunt sermōes: mea rō pariter: atqz ur̄a. Audite me igitur eadē nūc attentione: qua illā: & multo maiore insuper attētione q̄ uenerē. Quinqz scitis esse sensus: uisum: auditū: olfatū: gustū tactum esse rursum qnque (ut ita dixerim) discite rōnes. Dum. n. per qnqz sensus quotidie imbuit̄ uobis aīus: rōnesque inde reꝝ ipse cōcipit: īterea notiōes: habitusqz ad res iudicādas qnqz: tanq̄ rōnes qnqz resultant. Preterea sicut qnqz hinc quidē sunt sensus: inde uero quodāmodo rōnes ita uite tenor qnque gradibus circa sensum rationēqz disponitur. Vnde qnque numerant̄ etates: prima quidem sensu tantum trahitur: secunda sensu magis admodum allicitur: q̄ ratione ducatur. tertia post hec alterius pariter rationis: & sensus p̄suasionibus agitur

quarta ratione potius q̃ sensu ducit. quinta tandem ratione tantũ regi debet. Prima igitur etas: atq; secũda tanq̃ subiecta ueneri uenerem (si placet) loquentem audiat: relique uero mercurium. Ego igitur reliquos uos oẽs alloquor: non pro me quidem tantum: sed pro diana etiam hac: quã ad sinistrã meã cernitis. Nempe cũ hec elinguis sit: ego uero bilinguis: iure ꝑ hac ipsa: cuius ego linguã habeo: loquor. Vnam ꝑfecto noxiã: que uenus uobis īdidit uoluptatẽ: qua noceret quidem uobis ꝓdesset uero futuris: exhauriens paulatim uos per latentẽ quandã quasi fistulã: aliud qz uestris liquoribus implens: atqz procreãs: uos tandem quasi uetustum quoddã spoliũ cicadaꝝ iam exhaustũ humi relinq̃ns: cicade interim teneriori ꝓspiciens. Nõ ne uidetis: qđ uenus de materia ur̃a generat esse recens quoddã: et uiuũ sẽsuque preditũ: surripit ergo uobis iuuentutẽ: & uitam atqz sensum: ex toto (inquam) corpe per totius uoluptatem: ut efficiat inde totum. Ego interim materie illius: que quarte digestioni supest: qualitate monitus: uos cõmoneo: alimẽta similiter quarta digestiõe cocta plurimũ uite uestre succurrere ouũ recens uidelicet integrũ: et sorbile una cum sacharo: exiguoqz croco. Lac humanũ: uel suillum: uel caprinũ cum pauculo melle sumptũ: atqz hec duo tunc salubriora sunt: q̃n natiuo adhuc calore flagrant: et si ouum aliã mox cocturã desiderare uidetur: preserti in stomacho minus ualido: sed leuiter est coquendum Verum: ut parũper ad uenerem redeamus: si q̃n uidistis uenerẽ: iuuẽilem admodũ uidistis: et q̃si meretriciis fucis et ornatibꝰ expolitã. Hec ergo que noua semper est: noua semp affectat: odit uetera facta destruit: unde construat facienda. Hec rursum:

si dictu fas est: quasi meretrix non uno quouis est cõtenta uiro: uulgus amat: et (ut dialectice loquar) speciei passim potius: q̃ indiuiduo suffragat̃: iã uero neq; tactu tantũ uos precipitat: sed etiã gustu fallit quotidie perditq; deceptos. Quos. n. uos in rebus sapores percipitis mediocri quadã tempie gratos: hos diana hec apollinis iouisque munere tradidit. Illecebras uero sapoꝝ miras: qbus quotidie uelut hamo capti clã miseri uitam pditis: uenus insidiosa fabricat. Quid igitur martẽ icusatis: quid saturnũ? mars quidẽ raro admodũ uobis: palamque nocet: saturnus quoq; sepius uultu se ꝓfitetur hostem: nocet tardius: tẽpusq; remediis nulli negat: sola uenus palã ut amica uenit: clam inimica uenit. Hãc igitur incusate potius: si quẽ inter superos incusare licet: ad multiplices huius insidias: tum oculis argiuos ipsos instruite: tum palladis clypeo uos munite. Aures aũt ad blandas pollicitatiões eius: tanq̃ ad letales syrenũ cãtus obstruite: hũc deniq; ꝓuidentie florẽ a me accipite: quo circes huius beneficia deuitetis. Hec uobis duas uix tandẽ & has quidẽ letiferas pollicet̃ uoluptates potius q̃ largitur ego uero beneficio patris: atq; fratris qnq; ꝓmitto uobis: quinq; presto: puras: ꝑpetuas: salutares: quarum infima est in olfactu supior in auditu: sublimior in aspectu: eminentior in imaginatione: in rõne excelsior: atq; diuinior. Quo maior delectatio tãgendo percipitur: atq; gustando: eo uite grauius frequenter accidit detrimentum: contra uero quanto maiorem in olfactu uoluptatem: & auditu: atq; uisu: item imaginatione: & sepe rõne quotidie reportatis: tanto fila uite longiora ꝑducitis. Verum sicut in blandimentis tangendi: atq; gustandi cauendam uobis subdolam ad

monui

motui uenerem: sic in ipsa secretiore: nimisq; assidua contemplatiue mentis delectatiōe: cauete saturnum. illic enim frequēter filios ipse suos deuorat. Nā quos sublimiorꝝ contemplationum suarum rapit illecebris & illic agnoscit ut suos: hos interim: si modo diutius gradum ibi sistant: falce quadā e terris amputat: terrenamque incautis uitā sepe surripit. Hoc saltē ueneꝛre interim indulgentior: qꝺ uenus quidē uitam: quā tibi detrahit: donat alteri: nihil tibi pro detrimento restituens. Saturnus aūt pro uita terrena: a qua separatus ipse: te dēique sepat: celestē uitam reddit: atque sempiternā. Hoc ipso similes esse uidentur inter se uenus: atq; saturnus: qui sane q̄ aquario gaudet: tā regnat in libra: ꝙ homines & hic & illa generandi libidie uexat: nocetque uexatis: ut inde posteritati prosit Sed hec quidē fecundat corpus: stimulatque fecundū ille mentem suo semine grauidā urget ad partū. Vos igitur prouerbii memores: ne quid nimis: assiduis prudentie frenis parturientis utriusq; libidinē cohibete: tametsi multo citius: grauiusq; ille ledit: quos tedio: torpore: merore: curis: superstitione premit: q̄ quos supra uires corporis: moresq; mortaliū eleuat ad excelsa. Omnino uero seruate (moneo) qꝺ equus iuppiter pythagorā docuit: et platōem: humanā uitā i quadam equali anime ipsius cum corpe ꝓportione seruari: utrunq; suis quibusdā alimentis: & exercitationibus ali: ac similiter augeri. Si quis alterutrū educatione precipue sua multo robustius altero tandem efficit: non mediocrem facit uite iacturā. Propterea quicunque inter res medicorum arte laudatas potissimum eas eligit: que corpori simul & ingenio prosunt maximum uite sibi uendicat adiumentum. In earum

uero numero uinū: mētā: myrobalanū: muscum: ambram: zinziber recens: thus: aloē: iacynthū: similesq; lapillos: herbasue cōsimiles esse putate: et que ad utriusq; utilitatē a medicis pariter componunt. sed longioribus his qñq; interceptis ambagibus: ego quoq; medicus huc accessi. Si sapores ex rebus accepti nō ultra uiuētibus: item odores ex aromatis iā siccis: uitaq; uacuis: multū ad uitā conferre censent. Quidnā dubitatis odores ex plātis radicibus adhuc suis herētibus: uiuētibusque mirꝫ imodū uite uires accumulaturos. Denique si uapores exhalātes ex uita dūtaxat uegetali magnopere uite uestre ꝓsunt: q̄ntū ꝓfuturos existimatis cātus: aereos quidē: spiritui prorsus aereo harmonicos harmonicho: calētes adhuc: uiuosq; uiuo: sensu preditos sensuali: rōne conceptos rationali. Hanc ergo uobis a me fabricatā trado lyram: cātumque cū ipsa phebeum solamē laborꝫ: diuturne uite pignus. Sicut. n. res q̄litate tempatissime simulque aromatice: tum hūores inter se: tum spūm naturalem secum ipso contemperāt: sic odores eiusmodi uitalē spiritum: sic rursū similes quoque concentus spūm animalem. Dum igit̄ fides in lyra: sonosq;: dū tonos tēperatis in uoce: similiter spūm uestrum itus ɔtemperari putate. Ac ne ipse uenere sim auarior: que sine baccho friget: ab hoc ipso libero patre per me nectar hoc accipite. Qui precipue inter uos frigent temporibus similibus: bis septimo quoque die uncias uernacei: uel maluatici dulcis meri duas summant cum una panis uncia: tribus ante mensam horis: semel autem drachmā unā sublimis aque distillantis ex uino cū iuleb rosacei semūcia. Quo qdē liquore illinire etiā cutem: & ad olfatum uti cōmodissime possunt: atq; ut

post

post eiusmodi nectar: ambrosiã quoq; uobis afferam insuper acceptã ab ioue largior medicinã. Quattuor myrobalanorum uncias accipite: chebularum tres rosacei: sachari cõditi: zinziberis: hyeme quidem unciam: estate uero semunciã: tria hec cũ emblicarũ melle concoquite suauiter: septemq; auri foliis exornate: ieiuni boluz ante prãdiũ quattuor horis accipite: anno saltẽ integro quottidie id assumite: ut inde uelut aquile renouetur uestra iuuẽtus. Hactenus q̃si mercurium locutum existimemus.

¶ Cõfirmatio superiorum: & quod deuitare debemus assiduam cogitationẽ: & coitũ. Cap. xvi.



Astrologi uenerem: & saturnum inimicos inuicem esse ferũt: cũ uero in celo: ubi oĩa amore mouẽtur: ubi defectus est nullus: odiũ esse nequeat: inimicos: idest effectu diuersos ĩterpretamur. Mittamus inpresentia reliqua: ecce nunc saturnus quidem nobis in centro: uenus autem in circumferentia posuit uoluptatem. Voluptas uero spirituum esca quedam est: igiẽ ex opposito uenus: atq; saturnꝰ spiritus nostri uolatũ aucupanẽ: illa ꝑ uoluptatẽ suam allicit ad externa: hic interĩ ꝑ suã ad ĩtima reuocat: distrahũt itaq; spũm: si ferme eodẽ tempore moueãt: atq; dissipant. Quãobrẽ nihil cõtemplatori uel curioso pestilẽtius: q̃ uenereus actꝰ: nihil uicissim hũc sectanti alieniusq̃ cura: & cõtẽplatio eẽ potest: cõtẽplatorẽ uero physicum: religiosumq; eodẽ in gradu cõnumeramus: & gradu simili quẽlibet ĩ negotiis suis ualde cogitabundũ: grauibusq; curis obnoxium. Hinc rursus efficitur: ut si quem saturnia uel contemplatione nimium occupatum: uel cura pressum: leuare iterim: & aliter cõsolari uelimus: ꝑ uenereos actus

ludos:iocos:id tentantes tanq̄ per remedia longe di-
stantia:frustra atq; etiam cum iactura conemur: atq;
uicissim si quē uenereo uel ope perditū uel ludo:ioco
q; solutum moderari uelimus:per saturniā seueritatē
emendare nō facile ualeamus. Optima uero disciplia
est per quedam phebi:iouisq;:qui inter saturnū:uene
remq; sunt medii studia:similiaqz remedia hoies ad
alterutrum declinātes:ad mediū reuocare. Sed ut tā
dez simus medici:sicut flāma duobus cōmuniter mo
dis uiolentis extinguit:aut uelut diflata uentis:aut
contra quasi compressa cineribus: sic spūm uel celeri
ter effectu uenereo dissipam⁹:uel sensim saturnio suf
focamus: ac sepe exprimimus cōprimendo pariterq;
resoluimus. Spiritus utiq; freq̄nter ad extima uolās.
intima reddit uel uacua:uel aliena uite:sed ad itima
sepe coactus cetera circū mēbra p̄stat uite minus ido-
nea. Citam igit̄ senectutem tū uenus in interioribus
nostris:tū saturnus exteriorib⁹ infert:uenus q̄dem p̄
cipue: ubi ex quouis eius motu facile corpus debilita
tur:atq; labascit:saturnus quoq; potissimum: qn̄ ex
quocunq; contēplationis officio:uel cure labore inge
nii corporisq; uires labefactantur. Et si:uel qui ad cō
templationem:uel qui ad libidinem natus est plerun
q; ad suum uterq; officium est natura fortissimus: na
tura.n.sepe coniungit cum uoluptate simul: & facilli
tate potentiā:unusquisq; igitur se cognoscat: suiq; ip
sius moderator:ac medicus esto. Coitū q̄dem freq̄n-
taturi ceteros cōsulāt:ego uero exercitans ingenium
libro etiam supiore cōsului. Deniq; omni dieta oībus
remediis uti debent:q̄bus mēbra:spūs:sensus: inge-
nium:memoria cōfirment̄:cogitatiōes per interualla
repetere: nec expectare uel minimū ex cogitatione la
borem.

borem. Maxime uero cum primū canescunt: q̄uis nō nulli sint: qui non tam debilitate nature: uidelicet ad huc iuuenes canos emittūt: q̄ uel egritudine: uel egrotatione aliqua p̄cedente: aut etiā parentū similitudine: quibus scilicet iam canescētibus fuerint generati.

¶ De medicinis senum: & de habitatione iterum: atque dieta. Cap. xvii.



Aldeorum regula est forte ꝓbāda: ad iuuētutem recuperādā: peregrinos humores imbibitos corpi expurgare gradatim: tū interiores: competentibus medicinis: tū exteriores frictionibus: & lauachris: ꝓuocationibusq; sudoris: intereaq; salubribus: duraturisq; alimentis paulatim corpus īplere. Sunt aūt q trociscis q̄busdā ex uipera factis: uel elleboro p̄parato ꝓmittunt humores oēs ueteres: putridosq; ꝑrsus educere. Quibus expurgatis: & humore rursum saluberrimo: alimentis salutaribus recreato: restituere iuuētutē: & qui cautiores sunt: elleboro gallinas pascunt: hoīem uero gallinis eiusmodi uero curationem tanq̄ periculosam in iuuētute arbitror potius: quam in senectute tentandam. Ne forte iuuentutem illam a medea pelie seni promissam experiamur: nam & iuuenes medicinis exquisite purgantibus cito senescere hyppocrates asserit: sed ubi dieta non sufficit clystere: uel manna: uel aloe: presertim lota securus uteris. Si tibi sit aluus astrictior: māna cum iure caponis myrrobalanique uirtute: sin minus hac te iuuenem etiam in senectute purgatione seruabis. Summe unciam lote aloes unam: myrrobalanoꝝ emblicaꝝ drachmas duas: chebulaꝝ quoq; tātūdem: duas item rosarum purpureaꝝ: masticis quoq; tantundē maluatico uino confice pilulas: qn̄ luna

feliciter collocata:propitio fruitur iouis aspectu:pre-
sertim si domicilia fixa possederit:uel ipsa:uł iuppiter
hec enim ad diuturnitatē uite magnopere conferūt.
Potes etiā utiliter reubarbarum hic cū aloe compone
re:scilicet dimidiam aloes partem:dimidiam reubar
bari:& quoties opus fuerit: unā mane sumere pillu-
lam:ad tres usque: uel quinq3:modicūq3 insup uinuz
bibere. Vbi uero pituitā magis times:potes commo-
de in his pillulis trociscorum:agarici tertiā partē acci
pere una cum tertiis aloes duabus:dimisso reubarba
ro. Sed primam illam ego iam multis annis pillularū
cōpositionem omni etati experior esse tutissimā. Ea-
dem hora confectionem eiusmodi facito:sume myro
balanorum:emblicarum:belliricaruz indarū:chebu
larū unciam uniuscuiusq3 unam:cinnamomi uero du
as:unam quoq3 doronrci:rosarum purpurearū unaz
sandalorum rubeorum duas:unā croci drachmā: ter
tiam drachme partem musci:ambre tātundem candi
dum post hec cum aqua rosacea:succoque citri fundi
to sacharum:coq3:fac bolos:auroque iuolue. Hoc an
te prandiumquattuor horis sumētes:atq3 dantes uti
liter experti sumus ad uirtutem corroborandā ad il-
lustrandū spiritum: atque firmandum. Maxie uero
proderit:si paulum quid insuper uini aurei biberis:ꝓ
derit & sepe calefactum panem aureo mero:& rosa-
cea aqua perfundere:& modico insup cinnamomo:
sacharoq3 uberiore cōdire. Frequenter etiam duo hec
cū lacte amygdalino:& modico pāe miscere: nā eius
modi mixtiones naturam referunt iouialē:preter oīa
que in superioribus explicauimus:uel saltem signifi-
cauimus:ab his omnes urbani diligenter cauere de-
bent estu:gelu quolibet: uel post calorem frigore:uel
nocturno

nocturno. Nebulis: uentis: uel ex palude flātibus: uel irrumpentibus ex angustis locis: item ubi aer: uel mouetur uiolētius: uel nullo modo mouetur: habitatione quāuis humidiore: fetore: torpore: merore: diligentius autem mercurii sectatores: diligentissime senes. Qui preterea postquam mane corpus totum leuiter pfricuerint: delinient ipsum aduersum aeris: & laboris incommoda calente oleo: uel uino quopiam subamaro: cui prius infuderint myrrhā: & rosam: atq3 myrtum. Saluiam frequenter ore ferant: neruis: ac dentibus amicissimā: & quando dentium uitio: liquida uelut infantes alimenta repetere cōpellūtur: mollissima caueant: lac quidem uino referant moderato. Vtant igne duntaxat: ut medicīa: quātū uidelicet expellēdi frigoris: et suscitandi caloris īnati necessitas postulat alioqn tanq̄ edace hūorem naturalē exsiccaturo. Solem uero: quo ad delectat: sequant ut alimentum: distillatione uitata: & estu similiter declinato. Faciles qdem motus diligant: excitando calori admodū necessarios: labores autē corporis oderint: & multo magis animi: nec minus lōgā sitim: & inediam: atq3 uigiliā.

¶ De nutrimento spiritus: & conseruatione uite per odores. Capitulum. xviii.


Egimus in calidis quibusdam regionibus: ac plurimo passim odore flagrantibus: multos gracili corpore et imbecillo stomacho quasi solis odorib⁹ ali. Forte quoniam ipsa natura loci: tum herbarū & frugum: atque pomorum succos ferme totos redigit in odores: tum corporum humanorum humores illic resoluit in spiritum. Cum igitur uterque: uidelicet odor: & spiritus sit uapor quidam: & simile simili

nutriat̃: nimirũ: & ſpiritalis homo plurimũ ab odoribus accipit alimentũ. Nutrimentum uero: qualecũque id ſit per odores: ſiue fomentũ: aprime ſenibus & gracilibus neceſſariũ eſt: quo defectũ alimenti ſolidioris: atque uerioris: ut cunq; compenſare poſſimus: ambigere tamen nonnulli ſolent: utrũ ſpiritus odoribus nutriat̃. Ego autẽ opinor ſolis forſan ita nutriri: ut niſi alimenta: que craſſa ſunt: digeſtiõe tandẽ in uapores extenuentur: ſpiritus ipſe: quem diximus uaporem eſſe: nullum illinc ſuſcipiat nutrimentum: itaque uinum odore plenum ſpiritum ſubito recreat: quẽ cetera uix tandem reficere poſſunt. Vaporem uero illũ in quem cibi cocti denique transferuntur: ideo appellamus odorem: quoniam: & odor ubique uapor quidam eſt: & hic tractus intus ex alimentis uapor: niſi ſpiritui quodam odore placeat: uix ullum ſpiritui exhibet alimentum. Quamobrem auicennam noſtrum ualde probamus dicentem: corpus quidem dulcedine: ſpiritum uero quadam: (ut eius uerbis utar) aromaticitate nutriri. Quoniam craſſitudo corporis nõ niſi craſſa natura: qualis eſt in dulcedine: coaleſcere ualeat: tenuitas uero ſpiritus non alio quã fumo quodam: atque uapore: in quo aromaticitas ipſa uiget: refici poſſit: aromaticam uero qualitatẽ dicimus odoram: & acutam: & quodammodo ſtipticam. Proinde quoniam iecur quidem corpori p ſanguinem alimentum pſtat: dulcedine plurimũ augetur: cor autẽ quia & creat ſpiritũ: & ſpiritui procreat alimentũ: merito deſiderat aromatica. Expedit tamẽ & aromatica p corde condiri dulcedine: & dulcia pro iecore aromaticis commiſceri: dulcedinemque interea nimiam euitare. Quia plura ꝯ galenus ipſe ſecutus hippocratem

ſpiritum

spiritum non solum odore putat nutriri: sed aere: aere inquam non simplici: sed potius opportūe permixto. Quibus quidem si fidem habebimus: nec alimentorum: nec rei ullius delectum magis ad uitam necessarium: quam aeris nobis accommodati esse censebimus. Aer enim & inferiorum & celestium qualitatibus facillime: semperque affectus: & imensa (ut ita dixerim) amplitudine circumfusus: perpetuoque motu: nos undique penetrans: ad suam nos mirabiliter redigit qualitatem: presertim spiritum: precipue uitalem in corde uigentem: in cuius penetralia: tum assidue influit: tum repente. Sic protinus afficiens spiritum: ut est affectus: perque spiritum uitalē: qui & materia: & origo est spūs anialis pariter afficiens animalem. Cuius quidem qualitas maximi momenti est ingeniosis eiusmodi spiritu plurimum laborantibus: itaque ad nullos potius quam ad eos attinet puri: luminosique aeris: odorumque delectus atq; musice. Hec enim tria spiritus animalis fomenta precipua iudicantur: potissimus uero ad uitam est aer electus: nam octauo mense nati in egypto plurimi uiuunt: & nonnulli in plagis grecie temperatis: saluberrimi aeris beneficio: quod aristoteles narrat: & auicenna confirmat. Sed profecto sicut corpus ex uariis compositum: uariis (quamuis non eadem mēsa) nutriendum est alimentis: ita spiritus similiter cōpositus uarietate quadam aeris semper electi oblectandus est: atque fouendus. Simili quoque electorum odorum uarietate quottidie recreādus: nam aer & odor quasi spiritus quidam esse uidentur. Iam uero alexander: & nicolaus peripatetici una cum galeno concludunt spiritum uitalem: & animalem ideo

nutriri: tum odore: tum aere: quoniam uterque mixtus est: atque conformis: & utrumque haustum in precordia penetrare: ubi coqui: temperarique ad uitam: perque arterias diffundi. Vbi uterque coctus iterum nutrit spiritum (ut aiunt) utrunque precipue animalem. Aiunt etiam spiritum aerem non solum refrigerando calori prodesse: sed etiam nutriendo: nam & animalia etiam ualde frigida spirant. Addunt aerem crassiorem spiritui naturali tanquam magis corporeo conuenire: subtilem uero purum: lucidum: spiritui potius uitali: potissimum animali. Neq; mirum uideri debet spiritum adeo tenue: rebus quoq; tenuib9 ali: siqdem & pisciculi multi aqua nitidissima nutriũtur: & ocimum in aqua simili uiuit: crescit: floret: redolet. Mitto qbus elementis chameleontẽ: & salamãdram nutriri nonnulli ferant: redeamus ad nostra: interest certe q̃ plurimum: qualem spiremus aerẽ: quales hauriamus odores. Talis eni & spiritus in nobis euadit: eatenus uero nos anima per uitam uegetat: quatenus spiritus armoniã seruat cum anima concinientẽ. Spiritus quidem nobis primus uiuit: & maxime: & quasi uiuit solus: non ne repẽtino quodam sepe casu: uel effectu: uita: sensus: motus subito membra d̃serũt Regresso uidelicet ad cordis penetralia spiritu: & sepe statim reuertuntur ad mẽbra: per frictiones & odores illuc spiritu redeunte. quasi uita in ipso spiritu: uidelicet re uolatili potius insit q̃ humoribus: aut membris: alioquin propter hoꝝ crassam tenacitatem tardius admodum accederet uita membris: atq; recederet. Quicunq; igitur uitam in corpore producere cupitis: spiritum in primis excolite: hunc augete nutrimentis sanguinem augentibus: temperatũ uidelicet: atq; cla

rum

rum :hūc aere semper electo fouete:hunc quotidie suauibus odoribus alite:hunc sonis : & cantibus oblectate. Sed interea odores cauete calidiores:frigidiores fugite:capessite temperatos:frigidos calidis:siccos humidis temperate. Odorem uero omnem:quia pars corporis subtilissima est:scitote non nihil habere caloris:atq; ex rebus : que ipse nutriunt : odores separate potius nutrituros:ut ex aromatico pyro : pomoq; psico:similiq; pomo:magis antecedēte pane calente:maxime carnibus assis:q̄ maxime uino. Atq; sicut sapor: qui mirifice placet:plurimi: uelocisque nutrimenti causa est:uel occasio corpori : sic odorem ad spiritum se habere putate. Commemorare uobis iterum placet democritum iam iam expiraturū: ut obsequeret̄ amicis:spiritū ad quatriduū usq; olfactu calentiū panuz retinuisse:ulterius ēt si modo placuisset spūm seruaturū:sunt & q dicunt:id mellis odore fecisse. Ego:si modo usus est melle : existimo illū mel uino liquefactum albo. calētibus panibus infudisse: neq; eni spnendus est mellis odor. Flos nāq; flo℞ mel existit:nec pa℞ nutrit ipsa dulcedine:ac diu qualitate sua res integras a putrefactiōe tuetur. Itaq; si quis nouerit hoc ēt ad cibum ita uesci:ut nec dulcedine nimia meatus oppleat nec quodā calore bilē talr̄ exaugeat:certū habebit lōgioris uite subsidiū:saltē igitur cōdimentum hoc frigidis: & humidis adhibete. Verum:ut uos reuocē ad odores:ubicūq; suffocationē cōpressionēq; spirituum nimiā extimescitis:q̄d meror frequens:torporq; ꝑtendit:odores circūfusos amate. Vbi uero fugam exhalātiū spirituū expauescitis : odores potius īfusos nutrimentis accipite: & si qd odo℞ preterea foris sumitis: uelut clypeū costis dūtaxat admouete sinistris. Nō ne

uidetis q̄ repente sursū : uel deorsum ad odores se matrix ipsa p̄cipitet? q̄ uelociter ad os : ad nares spiritus aduolet: suauis odoris esca pellectus? Vbi igitur sp̄us uel exiguus: uel fugacissimus esse deprehendit̃: qd̄ pusillanimitas sepe declarat: corporisq; d̄bilitas: uel parua de causa multa ɔtingens: odoribus nō tā extrinsecus obiectis: q̄ intrinsecus iniectis allicite: imo potius pascite : retiete: odorē uero uini ante oēs eligite. Multū nanq; nutrit sp̄ūm odor exhalans ex natura tū plurimū & uelociter nutriente corpus: tū uoluptate sēsū afficiente. Tale uero uinū est pre ceteris calidū: humidū: & odoꝝ: atq; claꝝ: tale ēt sachaꝝ esse dicerē: si sumat odorē. Cinaomū quoq; simile: & doronicū: anisumq;: & dulce maratꝝ: si acumini suo ad exiguā dulcedinem adderent ampliorem : sed quam temperiem natura nō fecit: uobis ipsi cōficite. Et quotiens distractionē spirituū formidatis: calidioribus: acutioribusq;: & subtilissimis adhibete: que cohibere parū p uolatū sp̄ūs: ac sistere ualeāt: ceu croco gariophylis: cinamomo: adustū panē : rosaceā aquā : acetūq;: rosaceū: rosā: myrtū: uiolā: sandalū coriandꝝ: cydoniū pomū atq; citꝝ. Horreo uero cāphorā : ubi cōtra caniciē est agendū: recentē uero semp mētā diligo mēti ēt salutarem: sp̄ūiq; tutissimā. Deniq; mementote res oēs ueneno cōtrarias esse uite admodū salutares: nō gustu tātū: sed ēt odoratu: maxīe thiriacā: has uero i libro cōtra pestilentiā enarrauimus : narrabimus & i libro sequēti. Inter eas aūt: ne qd uos lateat: numeramus & uinū: nā sicut hōi uenenū ē cicuta: ita cicute uinū : nō simul qdē: sed paulo post ebibitū. Ac ne solis uos odoribꝰ hic alliciā: cōponēdū uobis mādo electuariū quottidie mane gustandū: olfactu : gustuq; suaue : & uite

admodū

admodũ salutar. Accipite tres chebularũ uncias: unã emblicarũ: & indarũ unã: unãq; bellericarũ: semunciã uero doronici: cinamomi uncias duas: croci drachmã unã: ambre partẽ drachme tertiã: musci quoq; tantũ dẽ: cõtundite diligenter: tantũ rosacei sachari adhibete: quantũ gustui satis facit. Sandalorũ rubentium quantũ sat est collori: mellis itẽ emblicarũ: uel chebularũ: quantũ molli expedit electuarii forme auri folia totidẽ: quot predicte sũt uncie. Ubi uero difficilior est compositio multiplex: experti sumus simplicẽ hãc optimam esse: scilicet ex chebulis: maratro: dulci sacharo: aqua rosacea liquefacto: sumptã uero tũ ieiũo stomacho: tũ post cenam. Memineritis autem myrobalanos conditas meliores esse: siccas uero saltem diem integrum: oleo amygdalarum dulcium: uel butyro uaccino prius infundite: q̃ conficiatis. Probat & auicenna uobis cõfectionẽ ex emblicis: atq; indis: cũ melle anacardorũ: coctoq; butyro: itẽ chebulas cũ zinzibere et squama ferri: & potius auri. Probat item petrus aponensis compositiõem ex croco: mace: castoreo per partes equales acceptis: atq; contusis: & uino commixtis: unde affirmat uitam etiam propemodum moribũdis produci consueuisse. Deniq; aly astrologus: medicusque excellens asserit: usu trifere: similiumq; rerum uitam effici longiorem. In omni uero trifera myrobalanus fundamentum est: sed hanc temperant subtilibus quibusdam: atque mollibus: presertim ubi siccior est myrobalanus: ut & penetret: nec meatus obstruat: nec aluum exsiccet nimium: uel astrigat. Cum uino preterea cõmodissime utimur: sed modico: nec forte diluat: compositionem uero petri: quam modo narrabam: si modo utilis est: arbitror olfa-

ctu potius q̄ potu utilem fore.

¶ Magorum medicina pro senibus. Cap. xix.



Agi stellarum obseruatores ad christum uite ducem: stella duce: uenerunt: ꝓtiosum uite thesaurum offerētes: aurum: thus: & myrrham: tria dōa pro trib⁹ planetarum dominis stellarum domino dedicātes Aurum quidem pro temperamento ioui maxime omnium temperatum: thus autē pro sole precipue: phebeo calore simul: odoreqꝫ flagrans: myrrham deniqꝫ firmantem corpus: atque conseruātem: pro saturno omnium firmissimo planetarum. Huc igitur omnes ad sapientes magos uenite senes: munera uobis quoque uitam ꝓductura ferentes: quibus auctorem uite quondā uenerati tradūtur. Venite senes inquam senectutem grauiter tolerantes: uenite & uos preterea: quoscunque senectutis propemodum aduentantis formido sollicitat: accipite precor alacres uitalia dona. Sumite uncias quidem thuris duas: unam uero myrrhe: auri rursū in folia ducti dimidiam drachme partem: contūdite tria simul conflate: confundite in pillulas: aureo quodam mero: idqꝫ tunc opportune conficite; quando diana propitio phebi: uł iouis gaudet aspectu. Sumite post hac thesauri tanti: aurora qualibet portiunculam: ac exiguo perfundite meri potu: nisi forsan incaluerit estas: tūc enim aquā rosaceam bibere prestat Siquis autem inter uos calorem quouis tempoꝛ magis metuat is myrobalanum: chebulam: aut emblicam equalem ad thuris myrrheque: & auri simul pondus adiiciat. Hoc humorem ꝓculdubio naturalem a putrefactione tuebitur: hoc humoris resolutionem longius propulsabit: hoc tres in uobis spiritus: naturalem: animalē fouebit: confirmabit: corroborabit: hoc rursum ue

getabit

getabit sensū: acute ingenium: memoriā conseruabit.
¶ De periculis euitandis ex quolibet uite septennario imminentibus. Cap.xx.


Vm astronomi singulas deinceps diei horas planetis ordine singulis distribuerit: similiter que septē ebdomade dies: atqz in ipso fetu per menses digesserint officia planetarū: cur non etiam per annos eadem disponamus. Vt quēadmodum infantem in aluo latentē rexit primo mense saturnus: ultimo luna: sic statim natum ordine iam conuerso primo ipsius anno ducat luna: secundo (si uis) mercurius tertio uenus: quarto sol: quinto mars sexto iuppiter: septimo uero saturnus: atque deiceps ordo per uitam similis repetatur. Itaque in septimo quolibet uite anno: fit in corpore mutatio maxima: ideoque periculosissima: quādoquidem & saturnus nobis cōmuniter est peregrinus: & ab eo tunc planetarum summo: ad lunam e uestigio planetarum infimam gubernatio redit. Hos annos astronomi greci glimatericos nominant: nos scalares: uel gradarios: uel decretorios appellamus. Forte uero in morbis ipsum humoris uel nature motum planete per dies eodem ordine regunt: unde et septimus quisque eadem ratione iudiciarius appellaꝛ: quartus quoque quoniam medium in septennario tenet. Tu igitur si uitam producere cupis ad senectutē: nullis eiusmodi gradibus interruptam: quotiens septimo cuilibet propinquas anno: consule diligenter astrologum: unde immineat tibi discrimen edisscito: deinde uel adito medicum: uel prudentiam: & temperantiam accersito. His nanqz remediis prohiberi minas astrorum ptole

meus etiam confitetur. Addit quinetiam astrorum promissa sic augeri posse ut agrorum cultor auget terre uirtutem. Probat petrus aponensis argumentationibus multis: et testimonio aristotelis: galeni: aly naturalem uite finem non esse ab initio ad unguem determinatum: sed ultra citraque moueri posse: idque asserit tum ex astris: tum etiam ex materia. Concludit his auctoribus: rationibusque: obitum etiam naturalem differi posse cum astrologie machinis: tum presidiis medicorum: igitur neque nos temere in his preceptis elaboramus: neq; te pigeat perquirere a medicis: que naturaliter tua sit dieta: & ab astrologis: q̄ stella uite faueat: & quando hec bene se habet & ad eam lunā: cōpone que ꝓdesse didiceris. Neq; pudeat sepe illos auscultare: qui nō tam fortuna q̄ uirtute senectutem prosperam consecuti uidētur. Preterea ptolemeus & ceteri professores astronomie imaginibus quibusdam ex certis lapidibus: & metallis; sub certo sydere fabricatis uitam prosperā pollicentur: atq; longeuam. Verum de imaginibus quidem ex parte: ac plurimum de reliquo fauore celesti cōmentarium cōponimus in plotinum: quem librum huic operi deinceps subiiciēdum existimamus: quemadmodum hoc post librum scribi uolumus: quem de curanda litteratorum ualitudine cōposuimus. Fauorem uero celestē quem modo dicebā: pro iuuentute longa nunc q̄tum quasi poete cuidam licet loqui: quantum rursus medico licet facere: a phebo bacchoq; petemus.

Solis eterna est phebo bacchoq; iuuentus.
 Nam decet intonsus crinis utrunq; deum.

Phebus: & bacchus semp indiuidui fratres sunt: ambo fere sunt idē: phebus idē est i ipsa sphere illius aia:

sphera uero bacchus:imo et pheb⁹ est totus ipse sphe
re circus: bacchus aūt est flāmeus ille in hoc circo cir
culus:imo uero phebus est almū in hoc flāmeo globo
lumen:bacchus aūt existit ibidē salutaris ex lumie ca
lor:semp ergo fratres:comitesq; sūt fere semp alter &
idem. Quid uero? si soli uere quidē phebus est cantu
suo:tūc auiū cantus excitans:cithara rursum tempa
tēperans:in autūno uero sol idē auctor uini bacchus
existit. Tria nobis ad seruādam iuuentūtē pater ille
liber:qui amat colles: bacchus affert: nos qdem apri
cos primū colles:in his aūt collibus suauissimum pre
cipue uinum perpetuam in uino securitatē. Tria quo
q; phebus bacchi frater pari beniguitate largitur: di
urnum primo lumē:sub fomento luminis herbas sua
uiter redolentes ad luminis huius umbrā citharam:
cantumq; perēnem. His ergo pensis potissimum: his
staminibus clotho nobis iam non parca longa uite fi
la ꝑducet. Tres parcas fere oēs poete canūt:tris quo
q; nos non poete canimus. Prudens qdem in oī uictu
parcitas uitam nobis longā inchoat: constans quoq;
in curis subeūdis parcitas ꝑducit uitā: parcitas uero
in celo fruēdo negligēs uitā occat. Tres pythagoras
temperātias ante oia celebrat:tres etiā nos inpresen
tia celebramus. Temperantiam in affectibus conser
uato:temperantiā in omni uictu seruato: temperiem
aeris obseruato. Hec enim ꝓuidentia humoꝝ intēpe
riem:q̄ cite senectutis: & tēpestiue mortis causa est:as
pirāte deo:ꝓcul admodū ꝓpulsabis. Aspirabit āt au
tor ille uite:si ea tantū conditione uitā optaueris diu
turnā:ut diutius cū generi humano uiuas:tū maxie
uiuas illi:quo mūdus totus īspirante uiuit.

FINIS

Marsilii ficini proemium in librum de uita celitus comparanda.



Arsilius ficinus florentinus serenissimo pānonie regi semp inuicto. Phi ueteres rex oīum felicissime celestiū uires iferiorūq; naturas diligētissime pscrutati: cū existiarent hoiem frustra sapere: q non sibi sapit: totā merito pscrutatiōem suam in primis ad uitā sibi celitus comparandā rettulisse uidentur. Iudicātes (ut arbitror) tum elementa: & que ex his cōponuntur: frustra sibi cognita fore: tum motus celestiū: & influxus temere nimiū obseruatos: nisi hec una cū illis cognita simul: atq; coniuncta: aliqñ sibi ad uitam: felicitatemq; conducerent. Profuit aūt illis (ut uidet) eiusmodi cōtemplatio ad uitā primo presentem: nam pythagoras: & democritus: apolloniusq; theaneus: & quicunq; ad id potissimū studuerūt: rerū sibi cognitarum usu psperam ualitudinē consecuti sunt: uitāq; longeuā. Cōtulit insup ad futuram uitā: tū per gloriam apud posteros propagandā: tū apud deū in eternitate fruēdā. Si quidem ex mirabili mūdi totius ordine eius tandē cognouere rectorem: & ante oīa cognitū amauerūt. Tibi uero gloriā per secula cūcta futuram magnanimitas: magnificentia: uictoria perpetua pollicentur: uitā quoq; apud deū in euo beatam: diuina clementia isigni pietati tue: iustitieq; pmittit uitam deniq; prosperam inter mortales: satisq; longā ex indiciis quibusdam mihi licuit coniectare: felicia tibi sydera decreuerunt. Vt autē quod pollicentur: id & prestēt firmissima fide: et cumulo insuper progēt

pleniore:

pleniore diligentia tua: & medicorum: astrologorumque cura efficere proculdubio potest: Iam uero id posse scia: & prudētia fieri doctissimi quique astrologi: ac medici cōfitentur. Cum igitur inter plotini libros magno laurentio medici destinatos: in librum plotini: de fauore celitus hauriendo: tractantē nuper cōmentarium cōposuissem: inter cetera in eum nostra cōmentaria numeratum id quidem seligere nunc laurentio quidē ipso probante: atque maiestati tue potissimū dedicare decreui. Spero equidē dum uite tue: prosperitatique cōsulā: uite interim: & splendori seculi nostri: et humani generis consultum. Atque ut ualitudini: prosperitatique regie ualidius hec nostra prodessent: per ualorem ipsum mittēda putaui. Hūc tu igitur ualorē nostrū clementissime rex complectere precor: tantū.n. natura: uirtus: auctoritas tua ualet: ut absque te nequeat uel ualor ipse ualere. x. iulii. m. cccc. lxxxix florentie.

¶ Marsilii ficini ad lectorē sequentis libri exhortatio



SAlue hospes ingeniose: salue iterum quisquis es salutis auidus: qui nostra ad limina tendis: uide precor hospes cupide primū: quam hospitalis sim: intrantis erat certe salutē statim hospitio dicere. Ego uero salute preueniens: mox prospectum saluere te iussi. intrantē & adhuc ignotū libenter excepi trahentē apud me moras promissa: si deus aspirauerit: salute donabo: hospitium ergo nactus es amicum quidem omnibus: et amoris nunc erga te plenum. Si quid forte fers tecum amori cōtrariū: si quid habes odii: prius ponito precor: quam medicinas hic uitales attingas. Vitam.n. tibi dedit amor uoluptasque parētum: uitā uicissim demit odium: atque dolor: quē igitur odiosus uexat dolor: huic nullus usque medicine uitali

relictus est locus: quamobrē deinceps te non ut hospi
tem tantū iam alloquor: sed amicū. Officina marsilii
tui aliquāto est amplior q̄ his cācellis dūtaxat: quos
hic uides: coerceat. Non. n. solo hoc libro sequēte: sed
duobus etiā precedentibus circunscribitur. Tota ue
ro summatī medicina quedā est ꝑ uiribus opitulatu/
ra uite: ut ualida tibi uita sit: ut longa idq; ubiq; me
dicorū ope celitus adiuta molit. Varia sane ꝑ diuer/
sis hoium ingeniis atq; naturis nr̄a hec officia anti/
dota: pharmaca: fomēta: unguēta: remedia ꝓfert: si
qua tibi fortasse minus placeāt: mitto quidem ista ce
tera: ꝓpterea ne respuito. Deniq; si nō probas imagi
nes astronomicas: alioqn ꝑ ualitudīe mortaliū adin
uētas: quas et ego nō tam ꝓbo q̄ narro: has utiq; me
cōcedente: ac ēt (si uis) consulente dimittito. medi/
cinas saltē celesti quodā adminiculo confirmatas: ni
si forte uitā neglexeris: ne negligito. Ego. n. frequēti
iā diu experientia cōpertū habeo: tantū interesse iter
medicinas eiusmodi: atq; alias absq; delectu astrolo/
gico factas: q̄tum inter meꝶ atq; aq̄: ut ēt īfans octa
uo a cōceptione mēse natus florētie: mēse martio: no
cte ascendente saturno retrogrado semiuiuus: eius
modi diligentia uideat a nobis: imo a deo quasi uite
redditus potiusq̄ seruatus: trienniumq; ualidus fer/
me iam impleuerit. Iam uero si preter ea generis eius
dem plura narrauero uera loquar: nec gloriabundus
(quod est a phīo penitus alienū) sed exhortabundus
potius afferam. Veꝶ satis iā partim q̄dem cōciliātes:
ꝑtim ēt exhortātes allocuti te sumus: deiceps igit cū
plotino loquamur: ita demū tibi diligētius ꝯsulturi.

Protestatio catholici auctoris.

In oībus que hic: aut alibi a me tractantur: tantū as
sertum

fertum esse uolo: quantum ab ecclesia comprobatur.

¶ Marsilii ficini florentini liber de uita celitus com paranda compositus ab eo inter commentaria eius- dem in plotinum.

¶ In quo consistat secundum plotinum uirtus fauo rem cellitus attrahens: scilicet in eo ꝙ anima mũdi: & stellarum: demonumq; anime facile alliciuntur corpo rum formis accõmodatis. Cap.i.



I tantum hec duo sint in mundo: hic q dem intellectus: inde uero corpus: sed absit ania: tunc neq; intellectus trahet ad corp⁹: imobilis.n.est oino: caretq; af fectu motiõis pncipio: tanq̃ a corpe lon gissime distans: neq; corpus trahetur ad intellectum uelut ad motum per se inefficax: & ineptum: longeq; ab intellectu remotum. Veꝝ si interponat aia utriq; conformis: facile utrinq;: et ad utraq; fiet attractus: p mo qdem ipsa oium facillime ducit: qm̃ primũ mobi le est: & ex se & spõte mobile: pterea cũ sit (ut dixi) media reꝝ oia suo in se mõ cõtinet: & utrinq; rõne p pinqua. ideoq; cõciliat: & oibus etiã eq̃liter illis: que inter se distant ab ea uidelicet non distãtibus: pter.n. id quod hinc quidem conformis est diuinis: inde ue- ro caducis: & ad utraque uergit affectu: tota interim est simul ubiq;. Accedit ad hec: ꝙ anima mundi toti dem saltem rationes rerum semiales diuinitus habet quot idee sunt in mente diuina: quibus ipsa rationi- bus totidem fabricat species in materia. Vnde una- queq; species per propriam rationem seminalem pro- prie respondet idee: facileque potest per hanc sepe ali quid illinc accipere: quandoquidem per hanc illinc est effecta. Ideoque si quando a propria forma de-

generet: potest hoc medio sibi proximo formari rursū p q̄ id mediuz inde facile reformari. Ac si certe cuidā rerū spēi: uł indiuiduo eius rite adhibeas multa: que sparsa sūt: sed eidē ydee ɔformia. Mox ī materiā hāc ita opportune patā singulare mun⁹ ab idea trahes p rationē: uidelicet anime seminalē: nō enim itellectus ipse ꝑprie: sed anima ducitur. Nemo itaq̧ putet certis mundi materiis trahi numia quedam a materiis peni tus segregata: sed demones potius aiatiq̧ mūdi mūe ra stellarumq̧ uiuentiū. Nemo rursum miretur p ma teriales formas animam quasi allici posse: si quidem escas eiusmodi sibi cōgruas ipsamet: q̄bus alliceretur effecit: & semper libenterq̧ habitat in eisdem. Neq̧ in mundo uiuente toto quicq̄ reperitur tā deforme: cui nō adsit aīa: cui non insit & anime mūus: ɔgruitates igitur eiusmodi formarū ad ratiōes aīe mūdi: zoroa ster diuinas illaces appellauit: quas & sinesius magi cas esse illecebras cōfirmauit. Nemo deniq̧ credat ad propriam quandam materie speciem: & tempore cer to hauriri omnia prorsus ex anima dona: sed pro op portunitate dona dūtaxat seminis: quo talis spēs pu lulauit: seminumq̧ cōformium. Itaque hic homo hu manis tantum adhibet: is non proprias piscium: uel auium dotes inde sibi uendicat: sed humanas: atq̧ ɔsimiles. Adhibitis autem que ad stellā talē pertinēt atque demonem stelle demonisq̧ huius propriū subit influxum: uelut lignum per sulfur paratum ad flamā ubique presentem: atq̧ hunc non modo per ipsos stel le demonisque radios: sed etiā per ipsam mundi ani mam ubique presentem: in qua & cuiuslibet stelle: de monisque ratio uiget: partim quidem seminalis ad generandum: partim etiam exemplaris ad cognoscē dum.

dum. Hec enim secundum platonicos antiquiores rationibus suis edificauit ultra stellas in celo figuras: partesque ipsarum tales: ut ipse quoque figure quedam sint: impressitque his omnib⁹ proprietates. In stellis autem figuris: partibus proprietatibus: omnes rerum inferiorum species continentur: & proprietates earum. Vniuersales uero figuras octo posuit: atq; quadraginta: scilicet in zodiaco duodecim: extra uero sex atq; triginta: item in zodiaco triginta sex ad numerum facierum. Rursus ibidem tercentum: atq; sexaginta ad numerum graduū: in quouis enim gradu sunt stelle plures: ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter imagines extra zodiacum in plures diuisit figuras pro facierū ibidem graduumque suorum numero. Constituit denique ab imaginibus his uniuersalibus ad uniuersales imagines habitudines & proportiones quasdam: que ipse quoque imagiēs illic existunt. Eiusmodi uero figure continuitatē queq; suam habent ex radiis stellarum suarum in se inuicem peculari quadam proprietate coniectis: a quibus formis ordinatissimis dependent inferiorum forme illinc uidelicet ordinate. Sed & celestes ille tanquam & inter se disiuncte procedunt a rationibus anime coniunctis inuicem: & quodammodo mutabiles a stabilibus. Sed he quatenus seipsas non comprehendunt: referunt ad formas in mente: uel animali: uel eminentiore se se comprehendentes: que tanq̄ multiplices rediguntur ad simplicissimum unum: atq; bonū: sicut figure celestes ad polū. Sed redeāus ad aīam quando igitur aīa gignit speciales inferiorū formas uiresq;: eas per ratiōes efficit proprias: sub stellarū formarūq; celestiū adminiculo. Singulares uero indiui-

duorũ dotes: que ſepe nõnullis inſunt tam mirabiles q̃ in ſpeciebus eſſe ſolent: exhibet per ſeminales ſimi/liter rationes: nõ tam ſub adminiculo formaꝝ figura rumq́ꝫ celeſtium: q̃ ſitu ſtellarũ: & habitu motionum aſpectuumq́ꝫ plãetarum: tũ inter ſe: tum ad ſtellas pla netis ſublimiores. Anima quidem noſtra ultra uires membroꝝ proprias: communem ubiq́ꝫ ꝓmit in nobiſ uite uirtutẽ: maxime uero per cor tanq̃ ignis anie ꝓ/ximi fontem. Similiter anima mũdi ubiq́ꝫ uigens ꝑ ſo lem precipue ſuam paſſim explicat cõmunis uite uir/tutem: unde quidam animã: & in nobis: & in mũdo in quolibet membro totam: potiſſimũ in corde collo cant: atq́ꝫ ſole. Semper uero memento: ſicut anime no ſtre uirtus per ſpiritum adhibetur membris: ſic uirtu tem aie mundi ꝑ quintam eſſentiam: que ubiq́ꝫ uiget tanq̃ ſpiritus intra corpus mũdanũ ſub anima mun di dilatari ꝑ omnia maxime uero illis uirtutẽ hanc in fundi: que eiuſmodi ſpiritus plurimum hauſerũt. Po teſt autem quita hec eſſentia nobis intus magis ma giſq́ꝫ aſſumi: ſi quis ſciuerit eã aliis elementis imixtã plurimum ſegregare: uel ſaltem his rebus frequenter uti: q̃ hac abundant: puriore preſertim: ſeu electrũ ui nũ: & ſacharũ: & balſamũ: atq́ꝫ aurum: precioſiq́ꝫ la/pilli: myrobalaniq́ꝫ: & q̃ ſuauiſſime redolẽt: & q̃ lucẽt Maxĩe uero q̃ in ſubtili ſubſtantia qualitatẽ habent calidã: humidãq́ꝫ: & clarã: quale ꝑter uium eſt albiſſi mũ ſacharũ: preſertim: ſi huic adhibueris auꝝ: odo/rẽq́ꝫ cinnami: atq́ꝫ roſarũ. Preterea ſicut alimẽta rite ĩ nobis aſſumpta ꝑ ſe non uiua redigũtur ꝑ ſpiritũ no ſtrũ ad uite noſtre formã: ſic & corpora noſtra rite ac cõmodata corpori: ſpirituiq́ꝫ mundão: uidelicet ꝑ res mundanas: & per noſtrum ſpiritũ hauriunt ex uita

mũdana

mundana q̃plurimum. Si uolueris: ut alimentum rapiat pre ceteris formam cerebri tui: uel iecoris: atq; stomachi: simile quãtum potest accipe: alimentum: id est cerebrum: & iecur: & stomachum animalium: ab humana natura non longe distantium. Si optas corpus tuum: atque spiritum ex aliquo mundi membro uidelicet ex sole uirtutem accipere: quere que ante alia sunt solaria: inter metalla: lapillosq;: magis autẽ inter plantas. Sed inter animalia magis: maxime inter homines: similiora enim tibi magis proculdubio conferunt. Hec & extra sunt adhibenda: & intus pro uiribus assumenda: presertim in die: & hora solis: & sole in figura celi regnante. Solaria uero sunt omnia ex lapillis: & floribus: que heliotropia nominantur: quia uertuntur ad solem. Item aurum: & auripigmẽtum: aurique colores: chrysolitus: carbunculus: myrrha: thus: muscus: ambra: balsamũ: mel flauum: calamus aromaticus: crocus: spica nardi: cinnamomũ: lignum aloes: ceteraque aromata. Aries: astur: gallus: olor: leo: cantarus: crocodillus: homines flaui: crispi: sepe claudi: magnanimi: superiora partim cibariis: partim unguentis: subfumigationibusque: partim usui accommodari possunt. Hec sentiẽda: & cogitanda frequenter: & in primis amanda. & luminis plurimum est querendum: si dubites uentrem ab iecoris fomento destrui: trahe ad uentrem iecoris facultatem: tum frictionibus: tum fomentis per ea: que iecori congruunt: p cicoreã: endiuiam: spodium: & eupatorium: & epaticam: atque epata. Similiter ne destituat tũ corpus ab ioue: moue corpus in die: hora q̃ est regno iouis: & utere iteri iouialib⁹ argẽto: hiacintho: topacio: corallo: christallo: berillo: spodio:

saphiro uiridib⁹:aeriisq; colorib⁹:uīo: sacharo albo melle & cogitationibus:affectibusq; plurimū iouiali bus:idest constantibus:equis:religiosis:atq; legiferis & inter homines eiusmodi:sanguineosq;:& pulchros uenerabilesq; uersabere. Sed memento primis illis re bus frigidis inferendum esse aurum:& uinum : men tāq;:& crocum:& cinnamomum:atq; doronicū:ani malia uero iouialia esse agnum:pauonemq;: & aqui lam:& iuuencum. Quomodo uero uirtus ueneris at trahitur turturibus:columbis: & motacillis : & reli quis non permittit pudor ostendere.

¶ De concordia mundi & natura hominis secūdum stellas :& qūo fiat attract⁹ab unaquaq; stella. C.ii.

NEq; uero diffidere d̄bet q̄squā:nos atq; om nia que circa nos sunt preparamentis q̄bus dam posse sibi uendicare celestia .Nā celitus hec facta sunt; assidueq; reguntur:& illinc in primis preparata sunt ad illa:& quod maximū est: mūdus:anial in se magis unū est:q̄ quoduis aliud ani mal:si modo est animal perfectissimum. Ergo sicut in nobis membri cuiuslibet presertim principalis quali tas:motusq; ad alia pertinet:ita membrorum princi palium actus in mundo cōmouent omnia : & mēbra inferiora facile capiunt a supremis ultro dare paratis. Quo enim potentior causa est:eo est promptior ad au gendū:eo igit̄ ꝓpensior est ad dandū:exigua igit̄ pre paratio nobis insup adhibita sufficit celestiū muneri bus capiendis:si modo quisq; ad id precipue se accō modet cui est p̄cipue subditus. Sed ante uniuscuiusq; nostrum proprietatē:humane speciei ꝓprietatem cōsi derare debemus:hanc igitur esse solarē astrologi ara bes cōsenserunt. Quod ego e statura hominis erecta:

pulchraq;

pulchraqꝫ humoribusqꝫ subtilibus: & spiritus clari tate: imaginationisqꝫ pspicuitate: studioque uerita- tis: & glorie uerũ esse coniecto: addo quinetiã propri etatem huic mercurialem: ob strenuũ uersatilis inge- nii motum. Et quoniam humanum genus natum nu dum: inerme: omnium egenum: hec omnia propria industria sibi comparat: quod ẽ mercurii propriũ: ad do etiam iouialem: ob cõplexionem corporis tempe- ratam: atqꝫ leges. Et quoniam secundo mense: quo iuppiter dominatur: uitã accipim⁹: atqꝫ nascimur no no; quo iterum recipit dominatum; itaqꝫ hũana spe cies ab his tribus potissimum: dotes insup ampliores ita demũ sibi poterit uendicare; si p solaria: mercuria liaque: & iouia seipsaꝫ eis magis in dies: atque magis accomodabit. De reliquis autem quid saturnus non facile cõmunem significat humani generis qualitatẽ atqꝫ sortem: sed hominem ab aliis segregatum: diui nũ: aut brutũ beatũ: aut extrema miſia pressũ: mars: luna: uenus affect⁹ & actus homini cũ ceteris animã tibus eque cõmunes: ad solem igĩ: & iouẽ: atqꝫ mer- curium reuertamur. Solaria quidem nonnulla & io uia diximus: mercurialia uero nescio quomodo pre- termisimus: sunt autem eiusmodi: stamnũ: argentuꝫ presertim uiuum: marcassita argentea: lapis achates: uitrum: porphyriticum: & que croceum cũ uiridi mi- sceant: smaragdum: atqꝫ lacca. Animalia sagacia & ingeniosa simul & strenua: simie: canes: homines elo- quentes: acuti: uersatiles oblonga facie: manibusqꝫ non pingues. Sunt autẽ querenda: & exercenda que ad aliquem planetã attinent: eo uidelicet dominante (ut dixim⁹) in die & hora eius: si fieri potest: etiã quã do ipse sit in domicilio: uel exaltatione: uł saltẽ tripli

citate sua: & termino: & angulo celi: extra cobustionē directus: ac sepius orientalis: si sole sit superior: itē in auge: & aspiciat a luna. Si quis āt ab ipsa luna bene situm: & a uenere poscat: tempora similia obseruare debebit: a uenere quidem per animalia sua: que diximus: & per corneolam: & saphyrū: lapidemq3 lazuli: es croceum: atq3 rubeum: & corallum: omnesq3 pulchros: uariosq3: uel uirides colores: & flores: atq3 cōcentus: suauesq3 odores: atq3 sapores. A luna ꝑ alba & humida: & uiridia: per argentū: atq3 chrystallum: & uniones: & argenteam marcassitam. Quoniam uero saturnus quidem statui: & pseuerantie domiatur: mars autem efficacie motus: cogimur nōnunquā horum quoq3 gratia: ab eis patrocinia postulare: temporibus uidelicet similiter obseruatis. Ab illo quidem ꝑ materias quasdam quodāmodo terreas: & fuscas: atq3 plumbeas: & fuscam iaspidem & magnetem: & camoinum: atq3 calcidoniū: & ex parte quadam per aurum: & auream marcassitam. A marte uero per ignea rubea: es rubeum: sulphurea omnia: ferrum: lapidemq3 sanguineum. Neq3 diffidas saturnum habere non nihil in auro: nam propter pondus id putatur habere quinetiam soli aurū simile: sic omnibus metallis inest sicut sol in planetis omnibus: atq3 stellis. Iam uero si quis conuicerit saturnum: & martem natura noxios esse: quod equidem nunquam crediderim: tamen his quoq3 utendum quemadmodum uenenis nunquam utuntur & medici quod ptolemeus in centiloquio ꝓbat. Proderit ergo quandoque uis saturni caute sumpta: sicut apud medicos: que abstringunt: atq3 continent: immo & que stupefaciunt: sicut oppium et mādragora: martis quoque: sicut euphorbium & elleborus

borus. Cautissimi uero hac in re fuisse uidentur magi brachmanes pythagorici: qui cum ob sedulum philosophandi studium: saturni tyrannidem formidarent: uestibus albis amiciebantur: iouialibusqz: siue phebeis quotidie sonis & cantibus utebantur: plurimumque sub diuo uiuebant. Vbique uero memento per affectum: studiumque animi: & per ipsam spiritus qualitatem nos facillime: subitoqz exponi planetis eundem affectum: ac eiusmodi studium: & qualitatem significantibus. Persepe rationem igitur a rebus humanis: per ocium: solitudinem: firmitatem: per theologiam: secretioremqz philosophiam: superstitionem: magiam: agriculturam. Per merorem saturno subiicimur: per ciuilia & ambitiosa negotia: per philosophiam naturalem: communemqz: per religionem ciuilem: perqz leges ioui: marti per iram atqz certamina: soli mercurioqz per studium eloquentie: cantusqz: & ueritatis: & glorie: atqz solertiam: ueneri per letitiam & musicam & festiua: lune per uictum plantis similem. Sed hanc inter hos differentiam mēte teneto: exercitationem ingenii magis publicam: atque amplam ad solem spectare: priuatam uero & artificio mancipatam potius ad mercurium. Tum uero musicam grauem quidem iouis solisqz esse leuem ueneris: mediam uero mercurii: similis quoque de stellis fixis ratio est. Hec quidem communis humane speciei regula propria uero unicuique regula fuerit explorare: que stella: quid boni cuique in genitura ꝑmiserit atqz ab ea potiusq̄ ab alia reposcere graz Et ab unaquaqz non quodlibet donum: & quod aliarum est: sed eius proprium expectare: nisi forte tum a sole communia multa reportes: tanq̄ communi quo

dam duce celestium: & ab ioue ferme similiter: tum mundana pariter omnia ab anima: spirituq; mundi. Quem sicut & quoduis anial: multoq; efficatius animatum esse: non solum platonice rationes: sed etiam astrologorum arabum testimonia comprobant. Vbi etiam probant ex applicatione quadam spiritus nostri ad spiritum mundi per artem physicam: affectum q; facta: trahit ad animam: corpusq; nostruz bona celestia. Hinc quidem pspiritum nostrum in nobis medium: & tunc a mundi spiritu roboratum: inde uero per radios stellarum feliciter agentes in spiritum nostrum: & radiis natura similem: & tunc se ipsum celestibus coaptātem.

¶ inter animam mundi: & corpus eius manifestū est spūs eius in cuius uirtute sūt quattuor elementa: nos uero per spūm nostrū hūc possumus haurire. C.iii.


Rofecto mundanum corpus quantum ex motu: generationeq; apparet: est ubiq; uiuum: quod indorū philosophi probant ex eo q passim ex se uiuentia generet ergo p animā uiuit ubiq; sibi p̄sentē: ac prsus accōmodatā. Igit̃ inter mūdi corpus tractabile: & ex parte caducū: atq; ipam eius aiam cuius natura nimiū ab eiusmodi corpore distat: inest ubiq; spiritus: sicut inter aiam: & corpus in nobis: si mō ubiq; uita ē cōmūicata semper ab aia corpori crassiori. Talis nanq; spūs necessario reqritur tanq̄ medium: quo anima diuina & adsit corpi crassiori: et uitā eidem penitus largiat̃. Corpus aūt omne facile tibi sensibile: tanq̄ sensibus tuis accōmodatū: crassus est: & ab aia diuinissima longe degenerans: opus est igitur excellētioris corpis adminiculo quasi nō corporis. Proinde

ſcimus uiuentia oīa tam plantas q̄ aīalia per quendā ſpūm huic ſimilē uiuere: atq; generare. Atq; inter elementa: quod maxime ſpiritale eſt: uelociſſime generare: perpetuoq; moueri quaſi uiuens. Sed queres interea: ſi elementa: atq; animantes generant aliqd ſibi ſimile ſuo quodam ſpiritu: cur lapides & metalla non generant? que inter elementa animantes media ſunt quia uidelicet ſpūs in eis craſſiori materia cohibetur Qui ſi quando rite ſecernatur: ſecretuſq; conſeruetur tanq̄ ſeminaria uirtus poterit ſibi ſimile generare. Si modo materie cuidam ahibeat̄ generis eiuſdē: qualē ſpūm phyſici diligentes ſublimatiōe quadā ad ignē ex auro ſecernentes: cuius metallorum adhibebunt aurumq; efficient talem utiq; ſpiritum ex auro: uel ex alio rite tractum atq; ſeruatum elixir arabes aſtrologi nominant. Sed ad mundi ſpiritum redeamus: per quem mūdus generat omnia quandoquidem & per ſpūm proprium omnia generat: quem tum celum: tū quintam eſſentiā poſſumus appellare: qui talis ferme eſt in corpore mundi: qualis in noſtro noſter. Hoc in primis excepto, ꝙ anima mundi hunc nō trahit ex quattuor elemētis: tanq̄ humoribus ſuis: ſicut ex noſtris noſtra: imo hūc proxime (ut platonice: ſiue plotinice loquar) ex uirtute ſua procreat genitali quaſi tumens & ſimul cum eo ſtellas: ſtatimq; per eum parit quattuor elementa: quaſi i illius ſpiritus uirtute ſint omnia: ipſe uero eſt corpus tenuiſſimum: quaſi nō corpus: & quaſi iam anima: item quaſi nō anima: et quaſi iam corpus: in eius uirtute nimirum eſt nature terrene: plus autem aquee: plus item aerie. Rurſus ignee ſtellariſque quamplurimum ad horum graduū menſuras ipſe quantitates ſtellarum elementorumque p

Nota

Sempre di Ro— inten precii

diderunt ipse uero ubiq; uiget in omnibus generatio nis omnis proximus auctor: atq; motus: de quo ille spiritus intus alit. Totus est suapte natura lucidus: calidusq;: & humidus: atq; uiuificus: ex dotibus ani me superioribus dotes eiusmodi nactus: quem pluri mum hausisse apollonium theaneum testificatus est in nos hiarchas dicens mirari nemo debet o apolloni te diuinandi scientiam consecutum: cum tātum ethe ris in anima geras.

Spūs noster haurit mūdi spūm per radios solis: & iouis: quatenus ipse fit solaris: & iouialis. Ca. iiii.

HVnc tu igit̃ studebis tibi in pmis isinuare. hoc. n. medio naturalia quedā beneficia re portabis: tū corpis mundani: tū anie: tū ét stellaꝝ atq; demonū. Nā ipse inter crassum mūdi corpus & animam medius est: & i ipso stelle sūt & demones: atq; p ipsum. Siue. n. mūdi corpus: atq; mūdana sint ab aīa mūdi pxime: sicut plotino placet atq; porphyrio siue mūdanū corpꝰ sicut & aīa pxie sit a deo: ut nostris placet: & forte timeo pythagori co omnino uiuit mundus: atq; spirat: spūmq; eius no bis haurire licet. Hauritur aūt pprie ab hoie p suū spiritum illi suapte natura conformē: maxime si red datur etiam arte cognatior: idest si maxie celestis eua dat. Euadit uero celestis: si expurgetur a sordibus: & omnino ab eis: que inherent sibi dissimilia celo; q̃ qui dem sordes non solū intra uiscera: si fuerint: ueꝝ etiā si in aīo: si in cute: si in uestibus: si in habitatiōe: & ae re spūm frequenter inficiunt. Eiciet tandē celestis: si ad orbicularem: animi: corpisque motū: ipse quoque orbes efficiat: si ad aspectū: cogitationēq; lucis freq̃n tiorē ét ipse subrutilet: si adhibeant̃ ei similia celo: ea

cōmuniter diligentia : qua auicenna in libro de uiri-
bus cordis spiritum curat: & nos in libro de curanda
litteratoum ualitudine curare contendimus. Vbi pri
mum segregantur ab eo uapores obnubilantes me-
dicinis ita purgantibus : secundo rebus lucentibus
illustratur: tertio ita colitur: ut & tenuetur simul : &
cōfirmetur. Fiet deniq₃ celestis maxie : quantū dictat
ratio presens: si applicetur ei potissimum radii: influ-
xusq₃ solis iter celestia domiantis. Atq₃ ita ex hoc spū
tanq̄ in nobis medio celestia bona in primis isita sibi:
in nostrū tum corpus: tū aniuū exundabūt : bōa inq̄
celestia cuncta: in sole enim oīa cōtinētur. Cōferet āt
sol ad spūm solare efficiendū ꝓprie: qn̄ sub ariete fue
rit: uel leōe: ipsū aspiciente luna: maxime in leone ubi
adeo spiritum nostrū uegetat: ut ipsum muniat con-
tra uenenum epidimie repellendum : qđ perspicue ap
paret in babylonia: & egypto: & regionibus spectāti
bus ad leonem: ubi sol leonē intrās epidimiam sedat:
ea duntaxat ratione: qua diximus. Tunc ergo & tu
solaria passim exquisita cōpone: tunc incipe solaribus
uti: ea tamen cautione qua sub estu exsiccationem di
ligenter euites : non poterit autem facile spiritus sola
ris euadere: nisi sit quāplurimus. Ad solē enim maxi
me pertinet amplitudo: quāplurimū uero faciet : tum
diligentia cor rebus cordialibus ītus & extra fouēs
tum etiam uictus ex alimentis quidem subtilibus:
multum tamen: & facile: & salubriter nutrientibus.
Motus quoq₃ frequens: atq₃ lenis: & opportuna qes:
aerq₃ tenuis: atq₃ serēus: & ab estu: geluque remotus
p̄cipue letus animus. Rursuz nec solaris erit: nisi cali
dus fuerit: & subtilis: & clar⁹: subtilē: clarꝫq₃ facies: si
tristia & crassa ḋuitab: & fusca. Vteris lucidis letisq₃ ī

tus: & extra: luminis multũ die: nocteq; excipies: sordes expelles: & otium: & torporẽ: in primis tenebras deuitabis. Perducturus aũt spiritum ad calorem soli naturalem: caue ne ad tertiũ caloris gradũ: siccitatem q; deducas: calor. n. ipse solis naturaliter nõ exsiccat: alioquin nõ esset sol uite generatiõisq; dñs: & auctor augumenti. Siccare uero cõtingit radiis eius in cõcauis materie sicce conclusis: hũorem itaq; calori subtilẽ qualis est solaris: & maxime iouius adhibebis: & conseruabis in spũ rerũ eiusmodi usu: si solarẽ sis effecturus: ne alioquin ad martiũ potius q̃ ad solarẽ forte deducas. Martem qdem soli esse similẽ in paucis & hil q dem manifestis: nec admodũ excellentibus: et interim inimicũ esse ferunt: iouem uero soli similimũ in pluri mis excellentibusqz muneribus: quãuis occultiorib⁹ & amicissimum esse scimus. Vnde ptolemeus: ubi de consonantia disputat: iouem ait cũ sole pre ceteris perfectissime cõsonare: ueneremqz cũ luna: oẽsq; astrologi uniuersalem beneficentiã soli tribuũt: similiter atq; ioui: quãuis sol eadem efficatius agat: & iuppiter sub uirtute solis efficiat: in utroqz calor uiget: supatq; humorem: sed in ioue superat modice: i sole supat excellenter: utrobiqz benefice. Cũ igitur adeo cõsonent facile poteris spũm solarem efficere pariter atq; iouiũ: ac res solares: & iouiales rite poteris iuicẽ cõmiscere. Presertim si & has iuicem cõponas: & spiritui adhibeas: qñ iuppiter solem trino aspicit: uł sextili: uł satem qñ luna ab aspectu alterius ad alterum ꝓcedit aspiciendũ: maxime qñ ab aspectu solis ad coitũ cum ioue ꝓgreditur. Seorsum uero solarem proprie facies: uel iouialem: qñ aspectum lune ad solem obseruaueris: uel ad iouem; tametsi cõsecutus naturam huius: naturã

mox

mox illius facile ↄseq̃ris. Sextilē uero aspectū itellige qñ planete duo iter se signoꝝ duoꝝ spatio distāt: trinum aũt qñ quattuor signoꝝ discrepant interuallo. Coniũctionē uero uel aspectū lune ad alios duodecī gradibꝰ citra totidēq; ultra metimur. ¶ Tres gr̃e sũt iuppiter: & sol: & uenus: iuppiter ē gratia geminarum media: & maxīe nobis accõmodata. Cap.v.


Compositiones quidē: et curatiões iouias: simul atq; solares iuenies in libro nr̃o de uita longa: & in libro de litteratoꝝ cura. Vbi ēt miscuimus pleraq; uenerea: nã & nos in studiosis timemus exsiccationē: cui resistit uenus: & hec ipsa uenus est amicissima ioui: sicut & soli iuppiter q̃si gratie tres inter se cõcordes: atqz coniuncte. Ab his qdē tribus celi gratiis: & a stellis eiusdē generis astrologi gratias: & sperant: & diligēter exqrunt: easqz p mercuriũ: atq; lunã quasi nũtios trãsmitti putant: atq; curãt: facile uero cõiterq; p lunã. Lunã quidē cũ ioue cõiuctam: aut uenere: feliciorē esse putant: quasi p sextilem aspexerit: aut trinũ. Verũtamē si per trinum aspiciens etiam suscipiat ab illis: quasi existimãt esse coniunctam: similiter si a sole pspecta fuerit: simulqz recepta. Nos aũt si hoꝝ trium stellarũq; similiũ uires: effectusq; oēs pcurrere singulati uelimus longũ opus aggrediemur: exqsitu difficile: difficilimũ obseruatu Si ad uenerē nos ꝑprie conferamus: nõ facile solē habemus: si ad solē ꝑprie: nõ facile uenerē. Vt igit̃ tres simul in uno gratias cõplectamur: ad iouem tandem confugiemus: inter solē: uenerēq; natura: effectuque mediũ: qualitate admodũ tpatũ: & quecunq; sperantur a uenere: uel a sole suo quodã pacto tradentē: magnificentius quidē: honestiusq; q̃ uenus: temperãtius

quoq̄ q̄ sol: & in oibus cū humana natura maxīe cō gruente. Vtemur itaq; iouiis. quando & ipse: & luna dignitatē tū naturalē: tū accidētalē habuerit: sint si mul: uel feliciter se aspiciāt. Si quando id fieri omnio nō possit: misce solaria in unū simr̄ atq; uenerea facies q; sic iouiale ex utrisq; cōpositū quādo uidelicet lu na a coitu ueneris eat ad sextilē solis aspectū: uel e ɔ uerso. Memēto uero i rebus componēdis: que cor: spi ritumq; foueant: & corroborent: lunā cōferre potissi mum: si una cū his mūeribus hoc etiam habuerit: ut p aerea signa discurrat: maxīe per aquariū: quod eē maxīe putat̄ aeriū: uel si in suo domicilio sit: aut exal tatiōe sua: uł domo iouis: aut solis: & ubicunq; sit: si mansionē ex uigiti illis & octo teneat: tum sibi: tum etiam operi competentem.

De uirtute i nobis naturali: uitali: aiali: & p quos planetas adiuuent̄: & quomodo p aspectū lune ad so lē: & uenerem: maxime uero ad iouē. Cap. vi.



Recipua ūo disciplia est recte tenere: quē spiritū: q̄ uim: quā rem potissimū hi pla nete significāt: lūa ergo: uenusq; uim: et spūm naturalē: atq; gēitalē: & que hunc augēt: iuppiter eadē: sed efficaciꝰ: eparq; & stomachū: habetq; non mediocrē partē in corde & spiritu: uirtuteq; uitali: quatēus suapte natura cū so le ɔsentit: imo & p se ipsum: alioquin cor uitalē spū; non ꝓprie in mēse iouis acciperet: unde iouē greci ap pellant uitā: & p quē uita. Habere quoq; in aiali spi ritu potestatē testant̄ astrologi: dicētes iouē ad philo sophiā: & ueritatē inueniendā: religionemq; conferre & plato: ubi ait: ab ioue philosophos proficisci: quod ēt significauit homerus antiquorum opinione dicēs.

Talis

Talis est mens hominibus : qualem in dies adducit pater hominum; atq; deorũ : nusquã uero numẽ aliquod ita cognominat preter iouem. Sol spiritũ uitalem precipue corq; significat: et hẽt nõ nihil immo nõ parum in capite propter sensum, atq; motum: cuius ẽ ipse dominus: neq; uim deserit naturalem. Mercuri? cerebrum: & istrumenta sensuum: ideoq; spiritũ animalem: proinde tutissima uia erit: nihil sine lũe beneficio facere: quandoquidem celestia cõmuniter: & frequenter: atq; facile ad inferiora demittit : quã alterũ solem nominant: quolibet mense quatuor anni tẽpora facientẽ. In pria eni sui quarta pipatetici putãt eẽ calidam: atq; humidam: in secunda calidã: & siccam in tertia frigidam: atq; siccam: in quarta frigidã: atq; humidã. Lumẽq; eius proculdubio solis esse lumẽ humores: generationẽq; regere: omnesq; mutatiões fet? ipsius i aluo cõuersionibus suis metiri: & quotiẽs soli iũgit: uiuificã ab eo uirtutem recipere: quã infũdat huori: atq; ibidẽ a mercurio uim hũores cõmiscentẽ. Quã uim mercurius: & trasformatione in oẽs sua: & gyris multiplicibus affert: ibidẽ mox a uenere uiaque conducat ad formas geniture cõuenientes. Opepretiũ uero fuerit: meminisse diurnũ lũe cursum in quattuor distribui quartas. In prima qdẽ ab oriẽte ad mediũ ascẽdit celũ: atqz interi hũorem: & spiritũ auget naturalẽ: in secũda a celi medio petit occasũ: efficitqz in nobis oppositũ: tertia ab occasu celũ subter mediũ adit: iterũqz spũm illũ auget : & hũorem: q̃rta cadit inde uersus ortũ: miuitqz uicissim. Q d̃ maxie i oceani ripis apparet : ubi ad hũc cursum mare mãifestius accedit : atqz recedit: eodẽqz ordine uigor i egrotãtibus. Probabile ẽt est: solẽ p easdẽ sui quartas calorẽ

Nota

naturalem: & ipsũm uitalẽ augere: uel diminuere: animalẽ quoq; q̃tenus mercuriũ hẽt comitẽ. His cognitis poterit medicus ꝑ humore: & calore naturali: & quolibet spiritu recreando tpa opportuniora seruare: sed nunc de luna satis. Neq; dimiteere decet iouẽ: in cui⁹ mense altero qdem uitã accepim⁹ altero aũt cõmuniter: & felicius nati sumus: et qa ĩter solẽ atq; uenerem itẽ ĩter solẽ: atq; lunã est q̃litate: effectuq; medi⁹: ideoq; cõplectitur oĩa. Solem uero ipsũ pretermittere celi dñm nephas: atq; piculosum existimamus: nisi forte qs dixerit: eũ qui iouẽ habet. In ioue solẽ iã habere: illic potissimum ad hoĩes tempatum: in sole certe oẽs celestium esse uirtutes non solũ iamblicus: iulianusq; sed oẽs affirmant. Et procul⁹ ait ad solis aspectũ omnes omniũ celestium uirtutes congregari in unũ: atq; colligi. Iouem uero esse solem quendam ad nos temperatum nemo negabit: lunam quoq; tẽperatam ad uenerem ne neglexeris: multum. n. ad ualidã: ꝓsperã q; uitã adiuuat: siquidem uenus fecundat hominẽ: facit q; letũ: hanc igitur obseruabis. Quanq̃ si lunam ueneri similem. s. hũore prorsus equalẽ: & uix minus calidam cum ioue rite misceas: aut sole propemodũ iam uenerem habes. Quid ergo? ut tutissima omniũ et cõmodissima simul incedat uia lunã obserua: qñ solem aspicit: coitq; cũ ioue: uel saltem iouẽ simul aspicit: atq; solem: aut certe quãdo post aspectũ solis mox ad iouis coitũ progreditur: uel aspectum: atq; eo ipso tempore cõpone iuicẽ: uel adhibe tibi solaria: iouiaq; simul: atq; uenerea. Q d si te ad unũ ex magnis cõfugere necessitas urgeat: uel negotiũ ad iouẽ ipsũ: uel potius ad lunam simul: iouemq; confugito. Nulla eni stella naturales in nobis uires: imo & oẽs magis: q̃ iuppiter

q̄ iuppiter fouet: atque corroborat: nulla rursũ polli-
cetur ꝓsperi ora: simul atqꝫ plura: & ubiqꝫ hunc acci
pere faustum est. Solē uero accipere forsitã non ubiqꝫ
tutum: semper enĩ ille iuuat: hic sepe nocere uidetur:
uenus autē quasi debilis ideo solus ille iuuans pater
est appellatus. id autē comprobat ptolemeus: ubi ait
pharmacũ uix quicq̄ mouere naturã dumtaxat: quã
do luna cũ ioue congreditur: usqꝫ adeo illinc proprie
totam putat uniuersi corporis corroborari naturam.
Expertus sum qn etiã luna coniuncta cũ uenere me-
dicinã uix mouere: quãuis aũt ubi pituitã ualde time
mus: lunã precipue obseruemus ad solē: ubi uero bilē
exsiccationemq; eiusmodi ad uenerem: tñ directuꝫ lu
ne ad iouē: & ad hec oĩa quodãmodo cõfert: & preci
pue ad atrã bilē expellendã: necnõ ad cõmunē homi
nũ cõplexione instaurandã: atqꝫ firmandã. Sicut enĩ
glyziriza & oleũ rosaceũ frigidiora calefacit: calidio
ra refrigerat: uinũ qꝫ similiter. Quod ĩsup hũectat sic
cat hũidiora siccat: ita iuppiter hũano cõgruus calori
ut uinũ: oleũ rosaceũ: camomilla: glycirhiza. Vbi igi
tur audis albumasar dicentē nõ est uita uiuentibus p̄
ter deũ: nisi per solē: & lunã: id intellige quantũ ad cõ
munē oĩbus spectat influxũ: proprius aũt hõi accom
modatissimusqꝫ influxus ab ioue. Sunt aũt in natu
ra corporis uires attrahendi: retinendi: coquendi: ex
pellendi: has igitur oẽs iuppiter ipse iuuat: potissimũ
uero coquendi: siue digerendi uirtutē: atqꝫ generan
di: & nutriendi simul: & augendi pp hũorem eius ae
reum atqꝫ multũ: & calorē eiusdem amplũ: humori
mediocriter domiantē. Profecto p radios iouis semp
usqꝫ quaqꝫ diffusos lumē solis propriũ ad salutē ho
minũ maxime temperaꝛ: radiis interi ueneris ad idē

assidue conferentibus. Atq; similiter transferente lu
na radii quidē ueneris: atq; lune tanq̄ hūidiores quo
dam indigent temperante: sicut & solis radii tanq̄ ca
lidiores humidioris cuiusdam temperiē exigunt. Ra
dii aūt iouis temperamentū nullū desiderāt: quid. n.
aliud iuppiter est? nisi sol quidā ad salutem rerū preci
pue humanarū ab initio tpatus? Quid rursus aliud?
nisi luna: uenusque: facta tamen calidior: atq; poten
tior? ideo astrologi ab ioue auspicantur ānum serti
lem: serenum: salubrem: & ab eo imminētium mor
borum remedia sperant. Atq; empedocles ubi ꝓpria
unicuiq; planetarū munera tribuit: iouē solum gene
rationis principem nominat orpheum imitatus. Pre
ter iouem precipiunt lunam diligenter in omnibus
operibus obseruandam tanquam medium inter cele
stia competens: atque terrena. Sit ergo luna in gradu
situque: & aspectu ad opus optatū conueniente: non
sit in ecclyptica: nec sub radiis solis per gradus duo
decim ultra citraque: nisi forte sit in eodem minuto
cum sole: plerique uero uolunt omnes planetas fore
fortes: quādo in unitate solis extiterit. Vnitatem ue
ro metiuntur minutis duobus: atque triginta ut. xvi
quidem citra. xvi. uero ultra connumerentur. Non
impediatur a saturno uel marte: non descendat in
latitudine meridionali: quādo duodecim dictos gra
dus egredietur. Non sit opposita soli: nec lumine mi
nuat: nec tarda cursu: quādo scilicet die uno duodecī
non peragit gradus. Non sit in uia combusta gradu
libre. xxviii. ad tertium scorpionis: nec in octaua: nec
in ascendente: nec in finibus martis: uel saturni. Qui
dam uero nec in sexta: duodecima: nona: quarta: lu
nam uolunt: in ceteris uero celi plagis approbant

Ubi

Vbi hec omnia complecti nõ potes: iouem saltem expecta: uel uenerem in ascendente: uel decima: sic enim subueniunt detrimẽtis lune. Nec ab re fuerit recordari: quatenus luna lumine auget: eatenus & nobis nõ solum humorem: sed spiritum etiam: uirtutemqꝫ augeri: atqꝫ hec ad circũferentiã dilatari: maxie in secũda eius quarta. Quando uero minuitur: contra contingere: presertim in ultima quarta: primum eius ad solem trinum preesse secũdo: hunc sextili primo: hũc sextili secundo: lunam quatenus lumine eatenus repleri calore. Videntur ergo quidam nõ tam obseruare quomodo aspiciat luna solem: semper enim aspicit q̃ ut plurimum lumen habeat: presertim dum auget. Aspiciat uero interim trino uel sextili iouem aut uenerem: proinde uirtutem attractiuã ignea iuuant: retentiuaꝫ terrea: digestiuam aerea: expulsiuam aquea si tu has omnes in te adiuuare uolueris: attractiuam quidem per ignea maxime roborabis: quando luna in signis uel stationibus igneis constituta iouem aspicit: scilicet ariete: leone: sagittario. Retentiuã per terrea potissimũ: quãdo intuetur eundem in signis: uel stationibus terreis collocata tauro: uirgine: capricorno. Digestiuam generatiuamqꝫ per aerea scilicet geminos: libraꝫ: aquarium: quotiẽs sub aereis iouem suscipit: aut subit. Expulsiuam per aquea: cãcrum: pisces: scorpium: quando sub aqueis ipsa posita iouis radiis illustratur. Maxime uero in his omnibus consequeris optata: si iuppiter eadem: uel similia: uł saltem nõ dissimilima signa mansiones ue possederit. Citaturus aluum solidis medicinis: accipe pisces: liqdis scorpionem: mediis uero cancrum: per inferiora purgaturus pisces & scorpium: per superiora cancrum. Ma-

lum saturni: uel martis ad lunam deuitabis aspectuꝫ
ille enim uexat stomachum: hic itestina dissoluit. Ca
pricornum euitabis et tauruꝫ: nauseam enim afferũt:
scis membrũ irritandũ non esse: qñ luna signũ occu-
pat membro prefectũ: humores nanqꝫ mouet: sed po-
tius eiis fouendum. Hec uero de uirtute & spiritu na
turali in iecore precipue dominantibus: que in quat-
tuor officia: que narrauimus: diuiduntur: dicta suffi
ciant. De uirtute uero: spirituqꝫ uitali in corde uigen-
te quidnam monemus? satis id ferme significatũ est.
nam per res ĩ primis igneas: & quodãmodo simul ae
reas hec adiuuantur: quãdo luna in domiciliis mansi
onibusue cõsimilibus suspicit iouem: precipue si iouẽ
complectatur: & solẽ. Virtutẽ quoqꝫ anialem p sen-
sum & motũ in capite dominantẽ confirmare potes p
aerea in primis: subiunctis igneis: et quãdo luna ĩ do
miciliis: uel sedibus cõsimilibus iouem suspicit: preser
tim si iouem propemodũ: mercuriũqꝫ cõplectit̃. Hic
uero te moneo: ne mercuriũ putes aqueũ esse: uel ter-
reum: qđ & ego aliqn suspicatus sum: alioqn motib⁹
celeritatiqꝫ ingenii nõ cõferret: sed quodãmodo aere
um esse scias. Nam & ob eãdem causam tã mobilis est
tam facile cõuertibilis: tantũ ingenio confert: preserti
in aquario plurimum aereo cõstitutus. Humor qdem
in eo temperatus est: calor exiguus: sub sole posit⁹ di
citur exsiccare: lõgior aũt a sole factus humectare pu
tatur: ibi quidem calefacere multum ex natura solis.
Hic uero calefacer̃ parum admodũ: & humefacer̃ ma
gis suapte natura: calore forsan non cedit ueneri: lu-
nam superat humor̃ uero cedit utrisqꝫ. Aly ꝓbat mer
curium qualitates celestium cõmiscere: quoniam facil
lime permutetur: tum ĩ qualitatem termini: quem su
bit:

bit: tum i naturam stelle: quam aspicit. Ego igitur tamen facile permutari puto: quia nec excellentem potestatem: quam iuppiter habet: nec excedentem qualitatem: quam pleraq; celestia; per quam alterationi resistat. Deniq; probabile est mercurium assiduum solis achatem: multas illius uires habere: ideoq; sperari solaria quedam a mercurio posse. Aliqñ uero & martē tradunt: solem in quibusdam muneribus imitari: ac uenerem: que ad lunam pertinent: elargiri. Hec igitur in agendo memineris: neq; negligas unq̄ termios aiunt enim planetas in diuersis terminis: seu lucidis: atq; tenebrosis opposita facere. Deniq; ubi martem times: oppone uenerem: ubi saturnum: adhibe iouē: ac da operam; ut in ppetuo quodā pro uiribus motu uerseris tantū defatigatione uitata; ut & propriū motū externis motibus clam nocituris opponas: & celestem actū pro uiribus imiteris. Quod si poteris spatia motibus ampliora peragere: sic & celum potius imitaberis: & plures celestiū uires passim diffusas attiges.

¶ Quomodo mēbra foueantur in nobis p cōparatinem lune ad signa: & ad stellas fixas. Cap. vii.



Otum (quemadmodum diximus) corpus fouere poteris: caput uero potissimū si planetas obseruaueris in ariete: uel in suo quemque domicilio primo: p̄cordia si in leone: stomachū: iecurq; si in cancro atq; sagittario: aut saltem in uirgine. Et acceperis ea: que proprie membrū petūt: expedit quoq; nosse: que quisq; planeta mēbra in signo quolibet habeat. Potes etiam proprie pro etatis discrimine cōsulere unicuiq; per quattuor etates lune. Hec enim a nouilunio usq; ad quadraturam primam iuuenis est,

deinde ad pleniluniū est iuuēis: atque uirilis: hinc ad quadraturā alteram uirilis simul atq; senilis: inde usq; ad cōiunctionem est senilis: etatem itaq; lune feliciter etati curandi corporis adhibebis: si tunc aspectuz eius ad aliquā trium gratiaꝝ acceperis: qui sane aspectus lune semper: & cito gratiosa largitur. Neq; tamē facile admodum diuturna uel maxima nisi preter intuitum lune: etiam ipse gratie mutuo se conspiciant: iam uel propemodū cōspecture sint: aut tres ipse: aut due: in primis uero diuturna prebēt signa fixa: leo. s. aquarius: taurus: scorpius. Si forte nō possis in presētia lunā ad planetas gratiosos opportūe dirigere: stellas elige fixas gratiaꝝ naturam. i. iouis: aut ueneris: aut solis habentes: & ad eas directā lunā elige: tutius tamen est lunā interea iouē propemodū adire: uel uenerem. Stelle nāq; fixe si solē spectent: ꝓportionē hūanam. i. unius hominis nimis exsuperant: proportionē uero cum ciuitatibus moderationem habent.

De uirtutibus: & usu stellarū fixaꝝ. Cap. viii.




Radunt astrologi: maiores quasdā stellas a mercurio cōpertas auctoritatē habere q̄ plurimam: qualis est in arietis gradu. xxii. umbilicus ādromade: mercurialis: atq; uenere⁹. Itē in tauri. xviii. caput algol: naturā saturni possidēs: atq; iouis cui subesse uolūt adamantē: & artemisiā: & audaciā uictoriāq; prestare. In eiusdē gradu. xxii. pleiades lūare sydus: & martiū: cui subiiciūt christallū: herbā diacedon: semē feniculi cōferre putant ad acuendū uisū. Quod aūt nōnulli dicunt cōducere ad demōas cōuocandos: figmentū esse iudico. Aldeborā prio uł tertio geminoꝝ gradu martiū: atq; uenereū. Hircus gradu

eorũdem.xiii.iouius atq; saturnius: huic subiiciũt sa phyrũ: prassiũ: mentã: artemisiã: mandragorã. Ad dignitatem & principũ gratiã adiuuare confidunt: nisi forte eos opinio fallat: illi subesse uolũt rubinũ: titimallũ: marti syluã: diuitias: & gloriã augere. In cãcri. vi. vel. vii. canis maior uenereus preest berillo: sauine: artemisie: dracontee: prestat gratiã. Itẽ in. xvii. eiusdẽ canis minor mercurialis & martius: cui subesse uolũt lapidẽ achatẽ: herbam sol sequiã: & pulegiũ: atq; gratiam elargiri. In leonis. xxi. cor leonis stella regia: iouialis: & martia: huic subiici putant lapidem granatum: chelidoniam: masticem: melancholiam reprimere: temperatum: gratiosumq; efficere. In uirginis. xix. cauda urse maioris uenerea: & lunaris: lapidem eius magnetẽ putant: herbam cicoream: & artemisiam a raptoribus ueneficisq; tueri. In libre. vii. ala corui dextra. Itẽ i eiusdẽ. xii. & forte. xiii. ala sinistra saturnia simul: & martia: eius herbam lapaciũ: & hyusqamũ esse aiunt cũ lingua rane: audaciã augere: fore noxiã. In eiusdẽ. xv. uel. xvi. spica uenerea: mercurialisq; quã sequatur smaragdus: saluia: trifoliũ promarulla: artemisia mandragora: diuitias augeat: & uictoriã: et ab angustia uindicet. Deniq; in eiusdẽ. xvii. uel. xviii. alchamet huic subdũt iaspidẽ: et plantaginẽ: firmare sãguinẽ sperant: febres oẽs expellere. In scorpionis qrto elpheia uenerea: martiaq; secundum uero cõputationem aliam in gradu eiusdem quinto est cornea: forsã eadem presidens topatio: rorimarino: trifolio: hedere augere gratiam: castitatem: gloriam putant in sagittarii: tertio cor scorpionis martiũ: atq; iouiũ presidẽs sardonio: amethisto: asterologie longe: croco. Opinantur colorem bonum efficere animum letum sa-

lis: atq; generatio solet obseruare: pgreditur. Cum uero natura celestis tanq̃ inferioris nature regula so/leat tenore quodã progredi naturali: & ita pgredien tibus aspirare: merito diffidunt pleriq;: imagines eiusmodi celestẽ aliq̃ uirtutẽ haber̃. Ego quoq; ambi go sepius: ac nisi & ois antiqtas & oẽs astrologi uim mirabilẽ habere putarẽt: habere negarẽ: negarẽ eqdẽ non oino. Opinor. n. (nisi qs aliter psuaserit) ad psperam ualitudinẽ saltem aliquã haber̃ uirtutẽ: electe presertim rõne materie: tametsi multo maiorez inesse pharmacis arbitror: & unguentis sydereo fauore cõ/flatis. Quid uero uoluerim ubi mõ dicebã electe rõne materie: in sequẽtibus declarabo. Que uero ex mago rum: uel astrologoꝝ opinione ad plotinum interpre/tandũ pro imaginibus allegari possunt: deinceps bre uiter afferã: si te prius hic admonuero: ne putes pba/re me usum imaginũ: sed narrare. Ego enim medici/nis ad celum temperatis: non imaginibus utor: atq; ita ceteris quotidie consulo. Tu uero si concedis deũ rebus infra lunam mirabiles inseruisse uirtutes: mira biliores concede celestibus. Preterea si licere iudicas homini ad prosperam ualitudinem inferioribus uti: iudica superioribus quoque licere: atq; inferiora ad superiorum normam sic medicorum artificio tempe/rare: sicut etiam a deo sunt ab initio temperata.

¶ De potestate celi: de uiribus radiorum: unde uim sortiri putemur imagines. Cap. xvi.



Mmensa ferme celestiũ magnitudo uirtus motio facit: ut oẽs omniũ sydeꝝ radii ter re molem que quasi punctum est ad celum momẽto: facillimeq; usq; ad cẽtrũ recti pe netrent: qđ oẽs astronomi cõfitent̃. Ibiq; (ut placet

(ut placet pythagoreis:atqȝ platonicis) fortiſſimi:
ſint:cuȝ qa recti undiqȝ centrũ tangũt:tum qa in an
guſtũ collecti ſunt cuncti. Quoꝵ uehemẽtia materia
tibi terre ſicca ꝑcul ab hũore r̃mota ꝑrſus accẽdit:ac
cenſaqȝ extenuat̃:atqȝ diſpergit̃ ꝑ meatus undiqꝫ:et
efflãt incẽdia pariter:atqȝ ſulphur. Sed ignẽ hũc pu
tant ualde caliginoſum eſſe:& quaſi incendiũ quod
dam luminis expers:ſicut in celo extat exps incendii
lumen:ignis aũt inter celeſtẽ:atqꝫ infernum lumen cũ
feruore cõiungit:putãt aũt ignẽ e centro flantẽ: ignẽ
eſſe ueſtalẽ:ſiquidẽ ueſtã eſſe terre uitã numenqꝫ puta
bant:ideoqȝ ueſte templũ ueteres in mediis urbibus
conſtruebãt:ignẽqȝ in medio perpetuũ collocabant.
Sed ne ulterius ꝓuagemur:cõcludamus: iã ſi ſtellarũ
radii totã mox terrã penetrant:negari nõ facile poſſe
metallũ:atqꝫ lapillũ:qñ celant̃ imaginibus ſubito pe
netrare:eiſqȝ miras:uel ſaltẽ qualeſcũqȝ imprimere
dotes:quãdoquidẽ:& in aluis terre pretioſiſſima ge
nerant. Sed quis neget ꝑ hec radios penetrare : ſiqui
deȝ aer et qualitas eius:et ſonus minus efficax ſolida
tranſit ſubito:& ſua quadã afficit qualitate. Iam ue
ro:ſi duritia radiis obſiſteret penetrãtibus lumẽ:mul
to citius aereȝ q̃ aquã ꝑtranſiret:et hãc ocyus multo
q̃ uitrũ:& uitrũ ſimiliter q̃ cryſtallũ. At cũ eodeȝ mo
mento ſolida:quo liq̃da cuncta tranſuerberet:perſpi
cue conſtat duritiã radiis nullo modo reſiſtere:atqꝫ id
circo dicent:non eſſe negandum metalla celeſtium ra
dios:influxuſque ſuſcipere:atqꝫ & conſeruare ad tem
pus tunc ſibi celitus deſtinatum : conſeruare inq̃ uir
tutem quandam ex radiorum cõcurrentiũ contactu
creatam. Quid uero:ſi materia durior hoc ipſo:qꝫ ui
detur obſiſtere cauſe prepotenti:magis ictibus ſe ex-

ponit: sic ensis lignũ sub lana icidit: nõ incisa lana: sic radius ille fulmineus corio quãdoq; nõ leso dissoluit in eo metallũ. Cũ uero natura celestis nostro hoc igne incõparabiliter sit prestãtior: nõ est putandum radii celestis officium esse duntaxat: quale opus ignei radii manifeste uidemus. s. illuminare: calefacere: exsiccare: penetrare: extenuare: que nostris sensibus notissima sunt: sed multo plures: mirabilioresq; uires: & effect⁹ habere: alioquin & materia inferior: & caducus sensus cũ diuinitate celi pẽitus equaretur. Sed qs nesciat uirtutes reꝝ occultas: que speciales a medicis nominãtur: nõ ab elementali natura fieri: sed celesti: possunt itaq; (ut aiunt) radii occultas: & mirabiles ultra notas imaginibus ĩprimere uires: sicut & ceteris ĩserunt Nõ eni inanimati sunt: sicut lucerne radii: sed uiui sẽsualesq; tanq̃ per oculos uiuentiũ corpoꝝ emicantes dotesq; mirificas secũ ferunt ab imaginationibus: mẽtibusq; celestiũ. Vim quoq; uehementissimam ex affectu illoꝝ ualido: motuq; corpoꝝ rapidissimo: ac proprie: maximeq; in spiritũ agunt celestibus radii simillimũ: agunt insuper in corpora uel durissima: oĩa enim hec ad celum ĩfirmissima sunt. Sunt aũt in uariis stellis uarie quoq; uires: & idcirco in radiis earũ inter se uarie: preterea ĩ radiorum ictibus aliter atq; aliter incidentibus: uirtutes diuerse nascuntur. Deniq; in cõcursib⁹ radioꝝ mutuis aliter atq; aliter: & hic aut ibi et tũc aut alias effectis diuerse subito uires suboriunt̃ multo magis: atque citius q̃ in aliis atq; aliis elemẽtorũ: qualitatũq; elementaliũ mixtionibus: multo etiã citius q̃ in tõis & numeris apud musicum aliter & aliter cõcinentibus. Si hec diligenter cõsideraueris: forsitã nõ diffides dicent subito quodã radiorum iactu

uires imaginibus imprimi: atqꝫ ex diuerso iactu di-
uersas. Nunquid ergo tam cito? obmitto fascinatiões
repentino quodam intuitu factas: & amores accerri-
mos statim accensos radiis oculorum: qui & ipsi sunt
fascinamenta quedam: quod in libro de amore ꝓba-
mus: mitto q̃ cito rubens oculus inficiat intuentē: &
speculũ intuens femina menstruosa. Nō ne & familie
quedam apud illyricos & triballos irate intuitu ho-
mines interemisse feruntur? & femine quedam in scy
thia idem facere consueuisse: & catoblepe: reguliqꝫ ser
pentes radiorũ ex oculis iactu homines ꝑimũt. Tor
pedo quoqꝫ marina tactu etiã procul per uirgam ma-
nũ subito stupefacit. Echin⁹ preterea pisciculus gran
dē solo tactu nauē sistere fertur: phalangia quinetiaꝫ
in apulia ictu quopiã uel occulto ſpũm: animũqꝫ repē
tino stupore permutant. Quid rabiosius canis facit:
uel non apparente morsu: quid scopa: deinde quid ar
butus? nō ne leuissimo tactu uenenum concitant: at-
que rabiem? An ergo negabis celestia oculorum suo-
rum radiis: quibus nostra contuentur: simulatqꝫ con
tingunt: statim miranda perficere? Iam uero gra-
uida mulier tactu statim signat membrum hominis
nasciturí: rei d̃siderate nota. An uero dubitabis: radi
os aliter: aliterue tangentes diuersa cōficere? cũ & tu
elleborũ herbam colligens: siue foliũ deorsum trahas
siue sursum: hoc subito tactu: causa sis elleboro: ut d̃
orsũ educat hũores: aut sursum. Nō ne ab initio rei cu
iusqꝫ generande celestes influxus concoctione mate-
rie: digestioneqꝫ perfecta non tam tempore q̃ momen-
to dotes mirificas largiuntur? Non ne suffragante celi
uultu innumerabiles sepe rane: similesque animan-
tes ex arenis momento prosiliunt. Tanta est in ma-

teriis ꝑparatis potentia celi:tanta celeritas: deniqꝫ ſi ignis hoc habet:ut tempore q̄breuiſſimo faciat: que cetera longo:ob id precipue:ꝙ eſt celo ſimillimus:qſ nā dubitet celum magna quaſi momento perficere: etiam in materia minus parata:ſicut flamma ſolet in gentior? Quid ergo dubitas:inquiunt in imagine cō ſtruenda ferme ſimiliter agere celū? Dices (opinor) ſicut et ego dicebā:naturales hic alterationis gradus abeſſe:qui ſane defectus minuit q̄dem celeſte donum nec tamē penitus auferre uidetur. Nolunt.n.phyſici ex quolibet metallo:uel lapide imaginē fabricari:ſed certo:ī quo q̄dem natura celeſtis uirtutē olim ad hoc ipſum:qđ optat:naturaliter inchoauerit:& quaſi iā iam ꝑfecerit ut in ſulphure flāmā. Quā ſane uirtutem tunc demum ꝑficiat:qn̄ materia hec per artem ſub ſimili quodam influxu celeſti uehementer agitatur:& agitata caleſcit. Itaqꝫ ars ſuſcitat īchoatā ibi uirtutē ac dum ad figurā redigit:ſimilē ſue cuidā celeſti figure:tūc ſue illic idee prorſus exponit:quā ſic expoſitam celum ea ꝑficit uirtute:qua ceperat. Exhibens quaſi ſulphuri flammam:ſic potentia quedam ad rapiēdas paleas celitus data ſuccino:quodammodo debilis ſe per frictionemqꝫ facta ualidior ſubito rapit. Similēꝫ uirtutem ſerapio ſcribit datam lapidi albugedi q̄ſi iacyntho ſimili:ſed non prius trahere paleas: quam capilli hoc lapide perfricentur. Sic itē lapis ille iouius bezaar:ideſt a morte liberans:quem deſcripſimus in libro contra peſtem:uim ab initio cōtra uenenum accepit ab ioue:ſed non uſqueadeo ualidam: ut eandē tradere poſſit materiis aliis exercendam. At uero cū primum ſub ſcorpionis celeſtis influxu figuram ſuperni illius acceperit:perfectam cōtra ſcorpiones ſubito

uim

uim reportare putatur: q̄uam mastici cōmunicare ualeat: aut thuri. Eadem quoq; de iacyntho: topatio: smaragdo: ceterisq; rō est habenda: ut fabrica figurarum non alibi efficatiam habeat: q̄ ubi materia cum stella congruit & effectu: a qua hūc faber exoptat accipere. Ac p̄terea ubi hec ipsa materia quasi iam talis est ab initio: qualem affectas reddere per figurā. Nullis ergo materiis ad imagines uti consulunt: nisi his ipsis: que tibi note sunt: hāc ipsam ferme iam uim habere: quam cupis. Lapillorum itaq; uires: atq; metallorum diligentissime perscrutari iubent: intereaq; meminisse inter lapillos quidem carbunculum in tenebris corruscātē: atq; pantaurā precipue soli subesse saphyrum ioui. Smaragdū ueneri: mercurio: lune p̄terea metalla: preter aurum & argentum: uix ullam ad hec habere uirtutem: tutiorēq; in his rōnem fore: si aurum quidē purum ad solem referas: atque iouē ad illum quidem propter colorem: ad hunc aūt propter tpatam cōmixtionem. Nihil enim ioue et auro temperatius: purum uero argentū ad lunam: sed ad iouem simul: atq; uenerem aurum argēto pmixtum: p̄terea imaginē efficatiorē fore: si uirtus in materia eius elementalis couueniat cum speciali eiusdē uirtute naturaliter insita: atq; hec insup cū uirtute altera speciali p figuram celitus capiēda. Deniq; figuras inferiores: & formas celestibus cōformari: inde pdisces (ut aiunt) q̄ pseus truncato meduse capite futurā nonnullis obtruncationē portendere ꝯsueuit: multaq; similiter: et lunam aliosque planetas sub certis signis: certa in nobis membra mouere non dubitant.

¶ Quam uim habeant figure in celo: atque sub celo. Cap. xvii.


Ed ne frigoris nimiũ forte diffidas meminisse iubebunt:in regiõe hac sub lunã elemẽtari:elemẽtarem quoqȝ q̃litatẽ posse q̃ plurimũ : in transmutatiõe uidelicet ad aliqd elementare tendente calorẽ.s.& frigus:& humorẽ:atqȝ siccitatem. Qualitates aũt:q̃ minus elemẽtares:materialesue sunt.s.lumina.i.colores : numeros quoqȝ similiter:& figuras ad talia forsitã minus posse . sed ad celestia munera (ut putant) ualere permultũ. Nã et in celo lumina:& numeri : & figure sunt ferme oĩum potẽtissima:presertim si nulla sit ibi materia:quod peripatetici pleriqȝ putant. Sic.n.figure : numeri radii:cum non alia sustineantur ibi materia:quasi substantiales esse uidẽtur. Atqȝ cũ in ordine rerum mathematice forme phisicas antecedant :tanq̃ simplices quidẽ magis & minus egene:merito in antecedentibus mũdi gradibus:idest celestibus auctoritatẽ sibi maximam uẽdicant:ut non minus inde fiat numero:figura:luce:q̃ elementari quadã proprietate. Huius quidẽ auctoritatis habetur etiam sub luna signũ:qualitates.n.ualde materiales plurimis rerum speciebus sunt cõmunes: eisqȝ quodammodo pmutatis: non usquequaqȝ species cõmutantur. Figure aũt numeriqȝ partium naturaliũ:proprietatẽ cum specie inseparabilem:peculiarẽqȝ possident:ut pote q̃ celitus unà cũ speciebus destinata fuerunt. Immo & cũ ideis maximam habent in mente mũdi regina cõnexionẽ:atqȝ cũ ipse:numeriqȝ species quedã sint ideis ibi ppriis designate:nimirum uires inde pprias sortiunt̃:ideoqȝ cũ species naturaliũ: certis figuris:tũ motus:& generatiões : & mutatiões certis numeris astringunt̃. De lumine uero qd dicam est.n.actus intelligentie:uel imago ; colores aũt sunt

lumina quedã: quamobrem ubi lumina: idest colores figurasq;: & numeros astrologi dicunt in materiis nostris ad celestia preparandis posse quamplurimũ: nõ temere (ut aiunt) debes ista negare. Non ignoras cõcentus per numeros: ꝓportionesq; suas uim habere mirabilem ad spũm: & animũ: & corpus sistendum: mouendũ: afficiendũ: ꝓportiones aũt ex numeris cõstitute: quasi figure quedã sunt uelut ex pũctis: lineisque facte. Sed in motu similiter motu suo se habent ad agendũ figure celestes: he nanq; harmonicis cũ radiis: tum motibus suis oia penetrantibus spiritum in dies ita clam afficiunt: ut musica prepotẽs palam afficere consueuit. Nosti preterea q̃ facile multis misericordiam moueat figura lugentis: & quãtum oculos: imaginatiõemq;: & spiritum: & humores afficiat statim: atq; moueat amabilis persone figura: nec minus uiua est: & efficax figura celestis. Non ne principis in urbe uultus quidem clemẽs: & hilaris exhilarat oẽs ferox uero uel tristis repente perterret? Quid ergo celestium uultus dominos omnium terrenorum aduersus hec efficere posse putas: quippe cum etiam coeuntes ad prolem plerunq; vultus; non solum quales ipsi tunc agunt: sed etiam quales imaginantur soleant filiis diu postea nascituris imprimere. Vultus eadem rõne celestes materias cõfestim suis notis inficiunt: in quibus si quando diu latitare uidentur: temporibus deinde suis emergunt. Vultus autem celi sunt figure celestes: potes uero facies illic apellare figuras: ceteris ibi stabiliores: uultus autẽ figuras: que magis ibi mutantur. Aspectus quoq; inter se stellarum motu quotidião confectos: uultus apellare potes similiter: & figuras: nam hexagoni: pentagoni tetragoni nominã

tur. Esto dicet quispiam: sint ut placet: potentissime ad efficiēdū figure celestes: uerum quid hoc ad figuras imaginū artificio factas? Respondebunt non id potissimum contendere: ut potentissime per se ad agēdum sint nostre figure: sed ut paratissime ad actiones & uires figurarum celestium capiendas quatenus opportune fiunt dominantibus illis: atque examussim ad illas configurantur: exigit enim figura illa figuram. Nō ne sonante cithara quadā: altera roboat? ob id tantū: si & ipsa similē figuram habeat: atq; e cōspectu sit posita: & fides in ea posite & intente similiter. Quid nā hic efficit: ut cithara subito patiatur a cithara: nisi situs aliquis: & quedam figura cōformis? Figura speculi lenis: concaua: nitens: celo cōgrua ob hoc ipsum proprie munus tantū celitus accipit: ut radios phebi in se cumulatissime cōplectatur: & solidissimū quodq; ad centrum suum e cōspectu locatum repente cōburat. Ergo ne dubites dicent: quin materia quedā imaginis faciende: alioquin ualde cōgrua celo per figurā celo similem arte datam: celeste munus cuz in se ipsa cōcipiat: tuum reddat in proximum aliquē uel gestantem. Non solum uero figura: sed etiā dispositio peruia: quam diaphanā uocant: inefficax quidam est: & passiuum suapte natura. Verūtamē quoniam peruia dispositio est in celo propriū luminis susceptaculum: ideo ubicūq; sub celo hec uel est naturalis: uel modo aliquando comparatur: subito presens celeste lumē acquiritur: atq; ēt ɔseruatur. Vbi una cū hac uel calor est igneus: ut in flāma: uł est aliqd aereū aqueūue simul: & glutiosum: ut in noctilucis: & noctcicernis: & carbūculis: atq; forsan quodāmodo i cāphora: qd inde sequatur pro imaginibus ipse reputa

¶ Quales

¶Quales celestium figuras antiqui imaginibus imprimebant: ac de usu imaginum Cap. xviii.



Aliquis aũt queret: quas potissimũ celi figuras imaginibus imprimere soleant: sunt enĩ ibi forme oculis ualde cõspicue: & a multis quales sunt quasi ꝺpicte: ut aries: taurus: similesq; figure zodiaci: et que sunt extra zodiacũ manifeste. Sunt ibi preterea forme quãplurime non tã uisibiles ꝗ imaginabiles per signoruz facies ab indis: & egyptiis: chaldeisq; perspecte: uel saltem excogitate. Velut in prima facie uirginis uirgo pulchra sedens geminas manu spicas habens: puerũq; nutriens: & relique: quales describit albumasar: ceteriq; nõnulli: sũt deniq; characteres quidaz signorum: & planetarum ab egyptiis designati. Volunt igitur imaginibus omnia hec insculpi: ut si quis expectet proprium a mercurio beneficium: collocare eum in uirgine debeat: uel saltem ibi lunam cum aspectu mercurii. Et imaginem tunc ex stanno cõficere: uel argento: in qua totum sit uirginis signum & character eius characterq; mercurii: ac si prima uirginis facie sis usurus: addas etiam figuram: quam in pria facie diximus obseruatã: similiterq; de ceteris. Postremi qdem imaginum auctores uniuersam eoꝶ formam ad celi similitudinẽ accepere rotundam: antiquiores autem quemadmodũ in quodam arabum collegio legimus: figuram crucis cũctis anteponebant: qui corpora per uirtutem agunt ad superficiem iam diffusam: pria uero superficies cruce describitur. Sic enim in primis habet longitudiem: atq; latitudinem: primaq; hec figura est: & omniũ recta ꝗ maxime: & quattuor rectos angulos cõtinet: effectus uero celestium maxime per rectitudinem radiorũ an-

gulorumque resultant. Tunc enim stelle magnope-
re sunt potentes: quando quattuor celi tenent angu-
los: immo cardines: orientis uidelicet: occidentisque
& medii utrique celi: sic uero disposite radios ita coni
ciunt in se inuicem: ut crucem inde constituant. Cru-
cem ergo ueteres figuram esse dicebant: tum stellaru3
fortitudine factam: tum earundem fortitudinis su-
sceptaculum: ideoque habere summā in imaginibus
potestatem: ac uires: & spiritus suscipere planetarum
Hec autem opinio ab egyptiis: uel inducta est: ul' ma
xime cōfirmata: inter quorum characteres crux unus
erat insignis: uitam eorū more futuram significans:
eamq3 figurā pectori serapidis insculpebant. Ego ue
ro qđ de crucis excellētia fuit apud egyptios āte chri
stū: nō tam mūeris stellarum testimōiū fuisse arbitror
q̄ uirtutis presagiu3: qua3 a christo fuerat acceptura.
Astrologos autem: qui statim post christū fuerūt ui-
dentes a christianis miranda per cruce3 fieri: nesciētes
autem: uel nolentes in iesum tanta referre: in celestia
retulisse: quanquam considerare debeant per crucem
ipsam absque nomine iesu miracula minime perpetra
ri. Conuenire quidem imaginibus eam: quia referat
fortitudinem planetarum: omnium quoque stellarū
forsitan est probabile. Non tñ ob hoc duntaxat ingē
tem habere potentiam: posse uero nonnihil una cum
ceteris: que necessaria sunt coniunctam: ad prosperā
forsan corporis ualitudinem: sed ad narrādas alioꝝ
opiniones: ut cepimus: reuertamur. Saturni ueteres
imaginem ad uite longitudinem faciebant in lapide
de pheyrizech: idest saphyro: hora saturni: ipso ascē
dēte: atq3 feliciter cōstituto. Forma erat: hō senex in
altiore cathedra sedēs: ul' dracone: caput tectus pāno
quodam

quodã lieo fusco: mãus supra caput erigens: falcẽ manu tenens: aut pisces: fusca indutus ueste: ad longã uitam: atq; felicem. Iouis imaginem in lapide claro: uel albo erat homo sedens super aquilam: uel draconem coronatus: hora iouis: ipso in exaltatione sua feliciter ascendente: croceam induto uestem contra timiditatẽ: hora martis imagines fabricabãt: prima scorpionis facie oriente: martem armatum: & coronatũ. Ad morbos curandos fingebant solis imaginem i auro: hora solis prima: facie leonis ascendente cum sole: regem in throno crocea ueste: & coruum: solisque formam ad letitiam roburq; corporis. Veneris imaginẽ puellarem: poma floresq; manu tenentem: croceis & albis indutam: hora ueneris prima: facie libre: uel piscium uel tauri ascendẽte cum uenere. Imaginem mercurii ad ingenium & memoriam prima facie geminorum. Item contra febres sculpebatur mercuri⁹ homo tella manu tenens: hora mercurii: surgente mercurio sculpebant hanc in marmore: subinde materie cuipiã imprimebant languẽtibus assumende hinc omne genus febriũ curari dicebant. Imaginem lune ascendẽte prima facie cancri ad augumentum. Forma mercurii: homo sedens in throno: galeratus: cristatusq;: pedibus aquilinis sinistra gallum tenens: aut ignẽ. Alatus: aliquando super pauonem: dextra tenens calamũ: ueste uaria. Lũa puella pulchra: cornuto capite: super draconem: uel taurum: serpẽtes supra caput: & sub pedibus habens: ad curandum calculũ: gẽitaliũq; dolores: & adsanguinem astringendum imaginẽ hora saturni: surgente tertia facie aquarii cũ saturno Item leonẽ auro ĩprimebãt: lapidẽ in formã solis pedibus reuoluẽtẽ: hora solis prĩo gradu faciei secũde leo

nis oriẽte:hanc expellẽdis morbis profuturam existi-
mabãt. Ad renũ morbos similem faciebãt:quãdo sol
in corde leonis celum mediũ obtineret:a petro apõen
si comprobatam: & experientia confirmatã : sed hac
conditione:ut iuppiter aut uenus medium aspiciat ce
lum:planete uero noxii cadãt:infortunatiq; sint. Ac
cepi a mengo physico preclaro eiusmodi iaginẽ factã
ioue ibidem coniuncto cũ sole:liberauisse ioãnẽ mar-
lianum mathematicũ nostro seculo singularẽ a pauo
re:quo sub tonitru affici cõsueuerat.Preterea ad fir-
mãdã sanitatẽ: & ueneficia deuitanda iaginem ex ar
gẽto fingebãt hora ueneris:luna angulos obtinente
ac uenerem feliciter intuẽte:dummodo dominus sex
te domus uenerem aspiciat:aut iouem trino quodaꝫ
intuitu:uel opposito:mercurius autem nõ sit infelix.
Agebant hec hora diei solis ultima : ita ut dominus
hore decimam teneret celi plagam. Petrus aponensis
inqt medicum per imaginem infirmũ curare posse mõ
in ea fabricanda obseruet:ut anguli ascendentis me-
dii celi occidentis sint fortunati : & ascendentis dñs:
& eadẽ ratiõe secunda:sed sexta:& dñs eius sit ĩfelix
Ait ẽt sanitatẽ fore firmiorẽ:uitãq; longiorẽ q̃ ab ini
tio fuerit ĩstituta:si natiuitate ꝓspecta fiat imago: in
qua hec fortunata ponatur:scilicet illius significator
uite:itẽ uite dõatores:tũ signa:tũ dñi:prelertim ascẽ
dẽs:eiusq; dñs. Itẽ celi medium locus solis:pars fortu
ne:dñs cõiunctiõis:uel preuẽtiõis ante natiuitatẽ fa
cte:mali qnetiam infortunati cadãt:cõcludit astrolo
goꝝ nullũ dubitarĩ:qn ad ꝓducẽdã uitã talia cõferãt
Prolixũ foret dictu: q̃s p q̃libet signa facies antiq: &
quas lune statiões tanq̃ necessarias in exprimẽdis ia
ginibus obseruabãt. Nã in statiõe lune a gradu uirgi

nis decimoseptimo ad finem eius faciebāt imagines contra morbos: & odia: & ad iter felix. In statione a principio capricorni ad gradum duodecimū contra morbos: et discordias: atq; captiuitatē. In statōe a gradu duodecimo capricorni ad gradū uigesimūquintū aduersus langorem: & carcerem. In statione a gradu quarto piscium ad gradū eiusdem decimūseptimum ad curandos morbos: ad lucrū societatē: ad augēdas messes: & in aliis similiter alias uana sepiꝰ curiositate machinabant. Solas uero recēsui: que nō tam magū q̄ medicū redolerent: nam & medicinā eiusmodi uanā plurimum fore suspicor: ꝓ aliis autem magis legitimis medicinaꝝ confectionibus eiusmodi mansiones lune arbitror eligendas. Atq; etiam in ariete graduz sextum: rursus decimumnonū: miuta. xxvi. itē in geminis gradum decimum: minuta. li. in cancro gradum decimumnonum: minuta. xxvi. in libra gradū sextum: minuta. xxxiii. in capricorno gradum decimumnonum: minuta. xxvi. in aquario gradum secūdum: minuta. xvii. in eodem gradū decimumquintum: minuta. viii. Preterea sententiam haly mente tenendam: quodlibet signum quamdiu sol est in eo uiuum fieri: ceteris domiari: effectū eius pre ceteris euenire: ut illuc lunam dirigas ad donum inde propriuz pro medicinis suscipiendum. Illuc inquam: idest ad signum: & faciem: & maxime graduz: ut si bona iouis affectas: ad hec directam lunam erigas: uel unitā: q̄diu locum eiusmodi sol illustrat: ubi proprietas iouia uiget: similiterq; de ceteris. Curiosum uero narratu foret: & forte noxium: quas imagies: & quemadmodum ad associandos: uel dissociandos iter se anios fabricabāt: ad afferendā felicitatem: uel inferendā cala

mitatē:uel uni cuidā:uel domui:uel ciuitati. Ego q/
dem fieri posse talia non affirmo:astrologi autem fie
ri posse putant:& quomodo docent: qualia ego nar
rare non audeo. Porphyrius ubi uitā plotini magi/
stri sui describit: talia fieri posse confirmat:atq; olym
pium magū:& astrologum:egyptium narrat contra
plotinū rome talia tentauisse:dum conaretur per ia/
gines:uel res eiusmodi siderare plotinū:sed conatus
auctorē suum ob excelsam plotini animam fuisse re/
tortos. Albert⁹ quoq; magnus astrologie parit:atq;
theologie professor ait in in speculo: ubi a licitis di/
scernere se inqt illicita:iagines rite ab astrologis cōsti
tutas uirtutē effectūq; acquirere a figura celesti. Atq;
subide narrat mirabiles earū effectus:quales thebith
benthorad:& ptolemeus:ceteriq; astrologi pollicent̄
Describitq; iagies ad calamitatē alicui ꝓsperitatēq;
afferendā:quas cōsilio pretermitto:& iterea ꝯfirmat
effectū eas hr̄e posse. Quamq̄ & ut uir bonus artis
damnat abusum:& ut legitimus theologus oratiōes
suffumigatiōesq; ꝯ̄testat̄:quas ipii qdam ad demōes
iaginibus fabricandis adhibent. Neq; tamē reꝓbat
figuras:& litteras:dictiōesq; iaginibus impressas ad
hoc ipsum duntaxat:ut donum aliquod accipiant a
figura celesti. Quod quidem posse ꝑ imagines compa
rari petrus aponensis cōfirmauit:immo & affirmauit
regionē nescio quā fuisse destructam ꝑ imaginē illam
quā thebith narrat a phedice astrologo fabricatam.
Thomas autē aquias dux in theologia noster magis
ista formidat:& minus tribuit imaginibus:tantū nā
q; uirtutis duntaxat per figuras celitus putat acqrere
quantum conducat ad illos effectus:quos solet com
muniter celū ꝑ herbas: resq; alias naturales efficere.

Non

Nõ tam qa figura talis sit in ea materia:q̃ quoniã cõ-
positum tale iam positũ est in certa quadã artificii spe
cie:qualis cũ celo cõsentiat. Hec ait in libro cõtra gen
tiles tertio:ubi characteres:& litteras figuris additas
ridet:figuras uero nõ adeo:nisi pro signis qbusdã ad
demones adiungantur. In libro etiã de fato ait:cõstel
lationes dare ordinem essendi:atqꝫ pdurandi:nõ so-
lũ rebus naturalibus:sed etiã artificiosis:ideo imagi-
nes sub certis cõstellatiõibus fabricari. At siqd mirabi
le per eas ultra cõsuetos naturaliũ effectus nobis eue
niat:in demonas reiicit hominũ seductores:quod in
libro cõtra gentiles pspicue patet. Maxime uero in li
bello de occultis nature operibus:ubi uidetur ipsas ẽt
imagines paruipendere:quomodocũqꝫ factas:quas
& ego quatenus ipe iusserit:nihilipendã. Referre aũt
mirabiles quosdam effectus imaginũ in demonũ fal
sitatem:nec est a platõicis alienũ. Nam & iamblichus
ait:eos qui religione summa : sanctimoniaqꝫ post ha
bita:imaginibus duntaxat ↄfisi: ab eis diuina sperãt
munera : hac in re a malis demonibus sepissime falli
sub pretextu bonorum numinum occurrentibus. Cõ
tingere tamen ex imaginibus legittima astrologie ra
tione cõstructis naturalia quedam bona non negat:
deniqꝫ tutius fore arbitror medicinis q̃ imaginibus
se committere. Rationesqꝫ a nobis de potestate cele-
sti : pro imaginibus assignatas in medicinis potius q̃
in figuris efficaciam habere posse:probabile enim est:
si quam uim imagines habent : hanc non tam per fi-
guram nuper acquirere q̃ per materiã possidere natu
raliter sic affectam. Ac siquid denuo acquirit:dũ in-
sculpitur:nõ tam p figurã cõparari q̃ per calefactionẽ
contusione quadã proueniente. Que quidem contu-

ſio calefactioqꝫ facta ſub harmonia celeſti ſimili harmonie: que quondã materie uirtutẽ iſuderat: excitat uirtutem ipſã: atqꝫ corroborat: ſicut flatus flãmã: & manifeſtã efficit ante latentẽ. Sicut calor ignis in aſpectũ producit litteras ſcriptas ſucco cepe pri⁹ deliteſcẽtes: atqꝫ littere hirci adipe inſcripte lapidi prorſus occulte: ſi lapis ſubmergatur aceto prodeũt: & q̃ſi ſculpte eminentes extant. Immo uero ſicut tact⁹ ſcope uł arbuti ſuſcitat rabiẽ cõſopitam: ſic forte cõtuſio quedam: & calefactio ſola latentem in materia uirtutem prodit: facta uidelicet opportune. Qua qdem celeſti opportunitate expedit in medicinis conficiendis uti: aut ſiquis forte tractare metalla: lapideſqꝫ uoluerit: preſtat pcutere ſolũ: atqꝫ calefacere: q̃ figurare: preter eni id ꝙ inanes eſſe figuras ſuſpicor: haud temere uel umbram idolatrie debemus admittere. Itẽ nec temere uti ſtellis: uł ſalutaribus ad morbos his ſimillimoſ expellendos: hos enim ſepe augent. Sicut noxie ſtelle diſſimiles ſibi morbos aliquando minuunt: quod ſane ptolemeus & haly perſpicue docent.

¶ De fabricanda uniuerſi figura. Cap. xix.



Ed cur nã uniuerſalẽ ipſam: ideſt uniuerſi ipſius imaginẽ pretermittim⁹? ex qua tñ bñficiũ ab uniuerſo ſperar̃ uidemur. Sculpet ergo ſectator illoꝝ forte: q poterit formã quandã mũdi totius archetypã: ſi placebit: in ere: quã deinde opportune in argenti lamina imprimat aurata. Sed qñ potiſſimũ iprimet: qñ ſol minutũ primũ arietis attigerit: hic. n. aſtrologi tãq̃ ex ſui natalis reuolutione fortunã mũdi eo ſaltẽ ãno iminente auſpicantur: ille igitur in hoc ipſo mũdi natali totius iprimet mundi figurã. At uides ne q̃ belle iter

differendū mūdi aliquādo nati nobis succurrerit argumentū: siqdē quolibet anno renascitur: nō ne in ipsa hominis genesi metiuntur astrologi primū: ī quo signo: quo gradu: quo minuto sol extiterit: ibiq3 totius figure iaciunt fundamentū. Et quolibet deinceps anno: cū primū sol minutū subierit: idē quasi renatū hoīem arbitrantur: atq3 ide presagiunt anni fortunā sicut igit̄ id in hoīe facere nō ualerent: nisi quasi renasceretur. Atq3 hic nō posset quasi renasci: nisi fuisset aliqn̄ natus: sic & mundū coniicere licet aliqn̄ gēitū: sole uidelicet sub minuto arietis prīo tunc posito: qn̄ quidē per eundē quolibet āno sitū sors quedā q̄si renascentis mūdi reuoluitur: tūc igit̄ ille fabricabit mūdi figurā. Cauebit aūt ne sabbato saturni die figurā sculpat: aut exprimat: hoc.n.die deus mūdi faber ab ope traditur quieuisse: qđ ab ideali die solis īceperat quantū eni sol generationi accōmodatus est: tantum saturnus ineptus: perfecerat aūt opus in uenere pulchritudinem operis absolutā significante. Sed de mūdane fabrice rōnibus nihil ultra: ioannes eni pic⁹ noster mirandula diuina de genesi mundi mysteria moseos diuinitus his diebus expressit. Quamobrē ut redeamus ad institutū: & ille mundū suū primū die: uł hora saturni nō sculpet: sed die potius: uel hora solis Imprimet āt in anni natali: presertim si tūc felices accedant iuppiter atq3 diana: optimum uero fore putabunt preter liniamenta opificio colores inserere. Sūt uero tres uniuersales simul & singulares mūdi colores: uiridis: aureus: saphyrinus: tribus celi gratiis dedicati. Viridis qdē ueneri simul atq3 lune: humidus uidelicet humidis: atq3 nascentiū pprius accōmodatus & matribus. Aureū solis esse colorē nemo dubi-

tat: & ab ioue sup atq; uenere nō alienū. Saphyrinū deniq; ioui maxie dedicamus: cui & saphyrus ipe dicitur cōsecratus. Vnde & lapis lazulus hoc colore dotatus ob uirtutē iouiā cōtra bilem atram a saturno pfectā apud medicos prerogatiuā habet: nasciturq; cū auro aureis distinctus notis: ita comes auri sicut solis est iuppiter. Similēq; uim habet lapis armenus: colorē similem cum uiridi quodāmodo possidens. Expedire igit iudicabūt ad gratiaꝝ celestiū munera capessenda tris potissimū hos colores frequētissime ɔtueri atq; in formula mundi: quā fabricas: saphyrinū colorē mundi spheris īserere. Opepreciū fore putabant aurea speris ad ipsam celi similitudinē addere sydera: atq; ipsam uestā: siue cererē: idest terrā uiridē induer uestem. Eiusmodi formulam sectator illorum: uel ipse gestabit: uel oppositam ītuebitur: utile uero fore spectare spheram motibus suis preditam: qualē archimedes quondā: & nup florentinus qdam noster laurentius nomine fabricauit: neq; spectare solū: sed ēt aīo reputare. Proinde in ipsis sue domus penetralibus cubiculū cōstrueret in fornicē actū figuris eiusmodi: & coloribus insignitū: ubi plurimū uigilet: atq; dormiat. Et egressus domo nō tanta attentione singularuꝫ rerū spectacula: q̄ta uniuersi figurā: coloresq; pspiciet Sed hec imaginū fictores illi uiderit: tu uero prestantiorem in te finges imaginē: nempe cū noueris: nec qc q̄ ordinatius esse q̄ celū: neq; temperatius aliqd cogitari q̄ iuppiter: superabis ita demū beneficia celi iouisq; cōsequi: si cogitationibus: affectibus: actionibus: uictu te ipsum ordīatissimū: temperatissimū prestiteris At postq̄ in mentiōem temperantie celestis incidimus opportunū forte fuerit recordari: nullum esse celo elementaris

mentaris

mētaris qualitatis excessum (ut peripatetice loquar) alioquin: siue ita cōpositum sit: iā esset tot seculis dissolutū: siue etiā simplex: tanta saltē magnitudine: potentia: motione cetera pdidisset: sed profecto tāq̄ moderatissimū oia moderatur: ac diuersa commiscet in unū. Preterea tum hac ipsa tēperantia sua: tū excellētia forme diuinitus uitā meruit: nam & res cōpositas tunc demū uitam adipisci uidemus: quādo qualitatū perfecta cōmixtio priorem iam contrarietatem fregisse uidetur: ut in plantis. Perfectiorem deinceps in animalibus uitam: quatenus inest eis cōplexio a cōtrarietate remotior q̄ in plantis: in hoībus rursū eadē ratione pfectiorem: & quodāmodo iam celestē. Siqdē hūana cōplexio ad celestē temperantiā iam accessit: presertim in spū: qui ultra substantie sue subtilitatē: qualitatūq; temperātiā: qbus cū celo cōsentit: celestē quoq; lucē est adeptus. Hic insup ubi maxīe talis est: potissimū est celestis: uitāq; celestē diuinit⁹ pre ceteris est adeptus: & quatenus se talē in oi uictu: legeq; uite efficit atq; seruat: eatenus singularia celestiū dona reportat Quando uero dicimus nō esse in celo ullum elementaris qualitatis excessum: intelligimus: uel nullā esse ibi eiusmodi qualitatem: sed uirtutes potius effectrices qualitatū temperatas: uel si que sūt illic quodāmodo similes qualitates: et quasi aereā habere temperiē. Atq; ubi quedā illic frigida: siccaq; noīamus: platonica hec accipimus ratione. i. ut frigidū appellet: qđ minimi caloris est causa: siccū uero: qđ hūorem nobis exhibet minimū. Sic astrologus habraā saturnū inqt corpus nostrū quodāmō relinquere frigidū atq; siccum: quia calorē & hūorem affert nostro minorem: eadem ratione carnes bouis: & leporis in se quidem calide

atq; humide: nobis frigide sũt & sicce. Ex hac aũt in ductiõe duo hec accipe corollaria: primũ qdem: si cor pora magis deinceps tpata: magis uiuũt celũ maxie tpatum q̃ maxie uiuere: imo uero uicissim ex eo ꝙ ce-lum exactissime tpatum: absolutissimã in se uitã pos sidet coniectari: ut quatenus reliqua ad tẽperiẽ: uitã qz illius accedunt: eatenus uitã sortiri p̃stantiorẽ. Al terũ uero uitã esse formã in se pfectã: pficientẽque cor pus: motiõisque pncipiũ exhibentẽ: pricipiũ inq̃ inti-mum: motiõis quoque tũ intrinsecus acte: tũ per oẽm partẽ extrisecus expedite. Si igit̃ id ip̃m uita est: mẽte captũ existimato: q eiusmodi formã non cognouerit inesse celo corpe p̃stãtissimo: circũeunte semp motiõe pfecta: cuncta uiuificãte: magisque illa gradatim: q̃ uel ad ipsius similitudinẽ naturaliter ppinqus accesse runt: uel quotidie huius influxib⁹ aptius se exponũt

¶ Quãtã imagies ui habere putent̃ in spũm: & spũs in eas: & de affectu utentis: & operantis. Cap. xx.



Omptum habemus: si quis rite utat̃ ellebo ro: feratqz potẽter: mutare quodãmõ exqsi ta purgatione: & occulta eius ppͥetate q̃li tatẽ spũs: corporisq; naturã: & ex parte mo tus ai: & q̃si reiuuenescere: ut ferme uideat̃ esse rena-tus: unde medeã magosqz tradũt herbis qbusdã red dere iuuẽtutẽ cõsueuisse: q̃ nõ tã reddũt myrobalani: q̃ cõseruãt. Similẽ astrologi ptãtem ppitias habere imagies arbitrant̃: p q̃ gestãtis naturã: & mores quo dãmõ mutẽt: in meliusque restituãt: ut q̃si iã alter eua serit: aut saltẽ psperã ualitudinem diutissime seruẽt. Imagines uero noxias aduersus gestantẽ habere uim ellebori p̃ter artẽ: potentiãqz assumpti: uenenosã ui delicet: atque pestiferã. Aduersus aũt aliũ quẽdã: ad

cuius

cuius calamitatē fabricate:intēteqȝ fuerint:uim enei speculi:cōcauiqȝ sic pſus obiecti:ut collectis:repcuſſiſqȝ in oppoſitū radiis:cōminus qdem cōburat:eminus aūt caligare cōpellat. Hic orta eſt hiſtoria: uľ opinio:putans aſtrologorū machinis:magorū qȝ ueneficiis:hoies:bruta:plantas ſiderari:atqȝ tabeſcere poſſe. Ego aūt imagines in rē diſtantē uim hr̄e ullam nō ſatis intelligo:habere uero in geſtantē nōnullā ſuſpicor:non tn̄ talē opinor : qualē pleriqȝ fingunt:& hāc rōne materie potius q̄ figure:atqȝ (ut dixi) longo interuallo medicias imaginibus antepono. Quanq̄ arabes & egyptii tantum ſtatuis imaginibuſqȝ attribuunt arte aſtronomica : & magica fabricatis : ut ſpūs ſtellarꝶ in eis includi putent. Spūs aūt ſtellarꝶ intelligunt:alii quidē mirabiles celeſtiū uires: alii uero demonas etiā ſtelle huius illiuſue pediſſequos. Spūs igr̄ ſtellarū qualeſcū que ſint inſeri ſtatuis & imaginibus arbitrant̄:non aliter ac demones ſoleāt humana nonnunq̄ corpa occupare:perqȝ illa loq:moueri: mouere mirabilia ppetrare:ſimilia quedam per imagines facere ſtellarum ſpūs arbitrātur . Putant demonas mūdani ignis habitatores per igneos hūores:uľ ignitos: ſimiliterqȝ per ignitos ſpūs:& affectus eiuſmodi noſtris inſinuari corpibus. Similiter ſtellarꝶ ſpūs per radios opportune ſuſceptos ſuffumigationeſque : & lumina tonoſqȝ uehementes competentibus imaginuȝ materiis inſeri : mirabiliaqȝ in geſtantem:uel propinquantem efficere poſſe: que quidem nos per demōas fieri poſſe putamus non tam materia certa cohibitos q̄ cultu gaudentes:ſed hec alibi diligentius. Tradūt arabes ſpūm noſtrum quando rite fabricamus imagines:ſi per imaginationem:& affectum ad opus atten

tiſſimus fuerit: & ad ſtellas cõiungi cũ ipſo mũdi ſpũ atq; cum ſtellarũ radiis: p quos mũdi ſpũs agit: atq; ita cõiunctũ eſſe ipſum quoq; i cauſa: ut a ſpiritu mũdi per radios: quidã ſtelle alicuius ſpũs ideſt uiuida q dam uirtus infundatur imagini: potiſſimũ hoĩs tũc operantis ſpiritui conſentanea. Adiuuari quoq; ſuffumigationibus ad ſtellas accõmodatis opus eiuſmodi: quatenus ſuffumigatiões tales aerẽ: radios: ſpũm fabri: imaginis materiã ſic prorſus afficiũt. Ego uero odores quidam tanq̃ ſpũ aerique natura ꝑſimiles: & cum accenſi ſunt: ſtellaꝶ quoq; radiis conſentaneos arbitror: ſi ſolares uel iouii ſunt afficere aerẽ: ac ſpũm ueheme͂ter ad dotes ſolis: aut iouis tũc dõinantis opportune ſub radiis capiẽdas: atq; ſpũm ſic affectũ ita donatũ: poſſe uehemẽtiore quodã affectu nõ ſolũ in ꝓpriũ corpus agere: ſed ꝓpinquũ: ꝑſertim natura cõforme quidẽ: ſed debilius: & cõſimili quadã afficere q̃litate. Materiã uero imaginis duriorẽ ab odoribus & operantis imaginatione: uix minimũ quiddã ſuſcipere poſſe puto. Spũm tamen ipſum ab odore ſic affici: ut ex ambobus unũ cõficiat: qđ qdem exeo patet: ꝙ odor nõ agit ulterius in olfactũ: poſtq̃ ſatis egit: olfactus. n. et quoduis aliud a ſe ipſo: uľ ſimillimo quopiam nihil patitur: ſed de his alibi. Proinde imaginationis intentionẽ non tã in fabricãdis imaginibus: uľ medicinis uim habere: q̃ in applicandis: & aſſumẽdis exiſtimo: ut ſi qs imaginẽ (ut aiũt) geſtans rite factã uel certe medicina ſimiliter utens: opẽ ab ea uehementer affectet: & ꝓculdubio credat: ſperetq; firmiſſime hinc certe q̃ plurimis ſit adiumento cumulus acceſſurus. Nã ubi uel uirtus imaginis: ſi qua eſt tãgentis carnẽ penetrat: calefacta ſaltẽ uirtus in electa eius mate

ria naturalis:uel certe medicine uigor ītus assumpte uenis:ac medullis illabitˀ : iouiā secū ferens ꝓprietatē spiritus hois in spūm eiusmodi iouium effectu : idest amore transferˀ. Vis enim amoris est transferre: fides aūt:spesqꝫ non dubia spiritum hominis iam ita per- citum sistit in spiritu iouio pēitus:atqꝫ firmat. Quod si (quemadmodum hippocrates:& galenus docēt) egrotantis amor:fidesqꝫ erga medicum inferiorem: exterioremque ad sanitatem plurimum conferūt: im mo uero fiduciam hanc auicenna plus inqt efficere: q̃ medicinā:q̃tum ad celestem opē conducere putanduꝫ est affectum:fidemque nobis erga celestem influxum iam nobis insitum:agentem intus:uiscera penetran- tem. Iam uero amor ipse:fidesqꝫ erga celeste donū : se pe celestis adminiculi causa est:atqꝫ uicissim amor:& fides hinc aliquādo forsan proficiscitur:quod ad hoc ipsum iam nobis faueat clementia celi.

¶ De uirtute uerboꝝ atqꝫ cātus ad bñficiū celeste captādū : ac de septē gradibus ꝑducētibus ad celestia. Cap.xxi.


Erba preterea quedam acriore quodaꝫ affectu pronuntiata:uim circa imagiēs magnā habere cēsent ad effectum eaꝝ illuc proprie dirigēdū:quorsū affectus intendunˀ:& uerba . Itaqꝫ ad duos ar dentissimo quodā amore conciliandos imaginē sub luna coeūte cū uenere in piscibus:uł tau ro fabricabāt:multis interim circa stellas: uerbaqꝫ cu riosius obſuatis:q̃ referrˀ nō est cōsiliū.Nō.n.philtra docemus:sed medicīas:ꝓbabilius āt est effectus eius modi uel ꝑ uenereos demōas cōfici:his operibus: uer bisqꝫ gaudētes:uel ꝑ demōas simpliciter seductores Nam & apollonium theaneum sepe lamias deprehen

disse: & ꝑdidisse ferunt: demonas. s. quosdā salaces: uenereosq́ꝫ: q formosas puellas simulent: pelliciātq́ꝫ formosos: quos ut serpēs elephantem ore: sic illi illos ore uulua pariter exsugāt: ac prorsus exhauriāt. Sed hec apollonius ipse uiderit: in uerbis āt certis uim es se certam: atq́ꝫ magnā origenes asserit cōtra celsum: & sinesius: atq́ꝫ alchindus de magia disputātes. Iteꝫ zoroaster uetans barbara uerba mutari: iamblichus quoq́ꝫ similiter: item pythagorici uerbis & cātibus: atq́ꝫ sonis mirabilia quedā phebi: & orphei more fa cere cōsueti. Quod hebreoꝝ antiq doctores ꝑ ceteris obseruarūt oēsq́ꝫ poete mirāda canūt carminibꝰ effici & grauissimus ille cato ī re rustica in curādis bestiarū morbis: aliqñ barbaris cantiōibus utit̄. Sed ꝑstat di mittere cantiōes: cōcentū uero illū: quo adolescēs da uid saulē ab insania redimebat: nisi mysteriū iusserit ad diuinitatē referri: referet forte aliqs ad naturā. Cū uero pro septē planetaꝝ numero: septē quoq́ꝫ sint gra dus: ꝑ quos a supioribus ad īferiora fit attractus: uo ces mediū gradū obtinent: & apollini dedicant̄. Infi mū qdem tenent gradū materie duriores: lapides: at q́ꝫ metalla: ac lunam referre uident̄. Secundū in ascē su locum habēt: que ex herbis: arborum fructibus: gummis: mēbris aialium cōponunt̄: respondētq́ꝫ mer curio: si ordinē in celo seqmur chaldeorū. Tertiū pul ueres subtilissimi: eoruꝫq́ꝫ uapores ex predictis electi odoresq́ꝫ simpliciter herbaꝝ: & florū: & unguentoꝝ ad uenerē ꝑtinentes. Quartū uerba: cātus: soni: que omnia rite dedicantur apollini musice pre ceteris au ctori. Quītū uehementes imaginatiōis cōceptus: for me: motus: affectus: uim martiā referentes. Sextum rationis humane discursiones deliberationesque con

fulte ptinentes ad iouem. Septimũ secretiores simpliciores qȝ intelligentie quasi iam a motu seiuncte: coniuncte diuinis: destinate saturno: quẽ merito sabath hebrei nomĩe qetis appellãt. Quorsũ hec? ut ĩtelligas quemadmodũ ex certa herbarũ: uaporũqȝ cõpositione ↄfecta p artẽ: tũ medicã: tũ astronomicam resultat cõmunis quedã forma uelut harmonia quedam syderũ dotata muneribus: sic ex tonis primo qdem ad stellarꝝ normã electis: deinde ad earũdẽ cõgruitatẽ inter se cõpositis cõmunem quasi formã fieri: atqȝ in ea celestẽ aliquã suboriri uirtutem. Difficillimũ qdem est iudicatu: quales potissimum toni: qualibus cõueniant stellis: quales item tonorꝝ cõpositiones: qualibus precipue syderibus: aspectibusqȝ cõsentiant. Sed partim diligentia nostra: partim diuina quadã sorte nõ aliter id assequi possumus: q̃ andromachus in theriaca cõponenda diutissime fatigatus: ac tandẽ post diligentiam: diuina sorte ↄsecutus theriace uirtutẽ. Q dꝫ quidem cõtigisse diuinitus galenus & auicenna confirmant immo uero totam medicinã exordiũ a uaticiniis habuisse testis est iamblichus: atqȝ apollõius theaneus: ideoqȝ phebũ uatẽ medicine preponũt. Tres uero potissimum regulas ad hoc afferremus: si prius admonuerimus: ne putes nos ĩ presentia de stellis adorandis loqui: sed potius ĩmitandis: & imitatione captandis. Neqȝ rursum de donis agere credas: que stelle sint electione dature: sed ĩfluxu potius naturali ad quẽ pfecto multiplicẽ: & occultũ ita nos exqsitis studemus modis accõmodare: sicut quotidie ad manifestũ solis lumẽ: calorẽqȝ salubriter excipiẽdũ nosipsos accõmodamus. Aptare uero seipsũ ad occultas dotes eius: atqꝫ mirifica : solius sapiẽtis est officiũ: sed iã ad regulas cantũ syderibus accõmodaturas pueniamus

Prima est exquirere: quas in se uires: quos ue ex se effectus stella quelibet: & sydus: et aspectus habeant: que auferant: que ferant: atque uerborum nostrorum significationibus hec inserere: detestari que auferunt: probare que ferunt. Secunda considerare que stella: cui loco maxime: uel homini dominetur: deinde observare quibus communiter he regiones: & persone tonis utantur: & cantibus: ut ipse similes quosdam una cum significationibus modo dictis adhibeas uerbis: que syderibus eisdem studes exponere. Tertia situs aspectusque stellarum quotidianos animaduertere: atque sub his explorare ad quales potissimum sermones: cantus: motus: saltus: mores: actus incitari homines plerique soleant: ut talia quedam tu pro uiribus imiteris: in cantibus celo cuidam simili placituris: similemque suscepturis influxum. Memento uero cantum esse imitatorem omnium potentissimum hic enim intentiones affectionesque animi imitatur: & uerba refert quoque: gestus: motusque corporis: & actus hominum: atque mores. Tam que uehementer omnia imitatur: & agit: ut ad eadem imitanda uel agenda: tum cantantem: tum audientes subito prouocet Eadem quoque uirtute quando celestia imitatur: hinc quidem spiritum nostrum ad celestem influxum: inde uero influxum ad spiritum mirifice prouocat. Iam uero materia ipsa concentus purior est admodum: celoque similior quam materia medicine. Est enim aer: & hic quidem calens: siue tepens: spirans adhuc: & quodammodo uiuens suis quibusdam articulis: artubusque compositus: sicut animal: nec solum motum ferens: affectumque preferens: uerum etiam significatum afferens quasi mentem: ut animal quoddam aereum: & rationale quodammodo dici possit. Concentus igitur spiritu sensuque plenus si forte tum secundum eius significata tum secundum eius articulos: atque formam ex articulis resultantem: tum etiam secundum imaginationis affectum huic syderi respondeat: aut illi: non minorem inde uirtutem quam quelibet

alia cōpositio traicit in cantantē: atqȝ ex hoc in ꝓximū auditorem: quousqȝ cantus uigorē seruat: spiritūqȝ canētis. Presertim si cātor ipse sit natura phebeus: uehemētemqȝ habeat uitalem cordis spiritum atqȝ insup anialem. Sicut enim uirtus: ac spiritus naturalis: ubi potētissimus est: mollit statim: liq̃facitqȝ alimēta durissima: atq; ex austeris mox dulcia reddit generat quoqȝ extra se seminalis spūs productione ꝓpaginē: sic uitalis: aīalisqȝ uirtus ubi efficacissima fuerit: ibi intentissima quadā sui spūs ꝑ cātum tū cōceptione: agitatiōeqȝ in corpus ꝓprium potēter agit tum effusione mouet subide ꝓpinquum: afficitqȝ tū suum: tum alienū syderea quadam ꝓprietate: quātū ex ipsa sui forma: tum ex electa tēporis opportunitate cōcipit. Hac utiqȝ rōne orientales: meridionalesq; multi precipue indi admirandā feruntur in uerbis habere potentiā: utpote q̄ magna ex ꝑte solares sunt: uiꝫ q; non naturalē dico: sed uitalē & aīalem habent ferme omniū potentissimā: & quicūq; in regionibus aliis maxime sunt phebei. Cātus aūt hac uirtute: opportunitate intētione cōceptus ferme nihil aliud est q̃ spiritus alter nuꝑ penes spūm tuū in te cōceptus: factusq; solaris: & agēs tum in te: tū in ꝓximū potestate solari. Si enim uapor & spūs quidam aliq̃n per radios oculoꝝ: uel aliter foras emissus fascinare: īficere: alit̃q; afficer̃ ꝓximū pōt multo magis id ualet spūs ab īaginatione: cordeq; simul uberior ꝓfluens: & feruentior: motuq; ualētior: ut nō omnino mirum sit: morbos quosdam animi: atque corporis sic auferri posse aliquando: uel inferri. Presertim quoniam spiritus eiusmodi musicus proprie tangit: agitque in spiritum inter corpus: animamque medium: & utrūq; affectione sua prorsus afficientem. Mirabilem uero ī concita

to canenteq; ipũ uim esse cõcede: si pythagoricis: pla
tõicisq; cõcesseris: celum esse spiritum motibus: tonis
q; suis omnia disponentẽ. Memẽto uero totã ꝓcedere
musicã ab apolline: atq; eatenus iouem esse musicum
quatẽus est cum apollie concors: uenerẽ insup: & mer
curiũ musicam uicinitate apollinis reportare. Itẽ ad
hos quattuor dũtaxat attinerẽ concẽtus: tres uero re
liquos uoces quidez habere nõ cantus. Iã uero uoces
tardas: graues: raucas: querulas saturno tribuimus:
marti uero cõtrarias: ueloces: acutasq;: & asperas: &
minaces: medias uero lũe. Concentus ãt ioui quidez
graues: & intẽtos: dulcesqz: & cum cõstãtia letos: cõ
tra ueneri cum lasciuia: & mollicie uoluptuosos can
tus ascribimus: inter hos uero medios soli tribuimus
& mercurio: si una cũ gratia: suauitateqz sunt uene-
rabiles: et simplices: & intensi apollinei iudicantur: si
una cũ iocũditate remissiores quodãmodo sunt: stre
nui tñ: atqz multiplices mercuriales existunt. Tu igi
tur hoꝝ quattuor unũ queqz cãtib⁹ tibi suis cõcilia
bis: presertim si competẽtes cãtibus sonos adhibeas
adeo: ut cũ eorũ more opportune canẽdo: & sonãdo
clamaueris: responsuri ꝓtinus uideãtur: uel instar ec-
cho: uel sicut corda quedã in cithara tremẽs: quotiẽs
uibratr altera tẽpata similiter: atqz ut uult plotius et
iãblichus: ita naturaliter id ibi cõtiget e celo: quẽad
modũ uł ex cithara reboat⁹: siue tremor: uł ex oppo
sito piete fit eccho. Profecto quotiẽs ex freq̃nti quo
dã usu harmõie iouie: uł mercurialis: uł ueneree facte
uidelicet his regnantibus: spũs tuus ad hoc ipsum at
tentissime canens: harmonieqz conformatus euadit
iouius: uel mercurialis: uel uenereus. Interea phebe⁹
euadit: si quidẽ phebi ipsius musice ducis uirtus i om
ni cõsonantia uiget: atq; uicissim ex cãtu: sonoq; phe
beo

beo:ipse phebeus euadēs:uirtutem iouis interim tibi uēdicas:& ueneris:atq̧ mercurii: rursusq̧ ex spū sic i tus affecto similr̄ afficis animā:atq̧ corpus. Memento uero orationē apte:& opportūe compositā :& affectu:sensuq̧ plenā:atq̧ uehementē similē cantibus ui habere. Quantā in orādo potētiā damis:& philostratus hr̄e sacerdotes quosdam indos narrēt: referre nō expedit:nec ēt quibus uerbis apolloniū euocasse manes achillis affirment. Nō enim loquimur nunc đ numinibus adorādis:sed de naturali quadā potestate ẽ monis:& cātus:atq̧ uerborū. Esse uero phebeā:medicāq̧ in sono:& eo qdem certo potentiā ex eo patet: ꝙ q in apulia tacti phalāgio sunt:stupēt oēs :semiani mesq̧ iacēt:donec certū quisq̧ suūq̧ sonum audiat. Tūc eni saltat ad sonū apte:sudatq̧ īde : atq̧ cōualescit:ac si post ānos.x.similē audiuerit sonū : subito cōcitat̄ ad saltū:sonū uero illū ex indiciis esse phebeū iouialēq̧ coniicio

¶ Quomodo septē modis nos celestibus accōmodare possumus:& qbus saturnꝰ sit maleficus:qbꝰ ꝓpitius:quos iuppiter a saturno defendat ;quomodo celum agat in spiritum: & corpus:& animam. Cap.xxii.



Voniam uero celū ē harmōica rōne cōpositū:mouet̄q̧ harmōice: & harmonicis motibꝰ:atq̧ sonis efficit oīa:merito ꝑ harmoniam solā non solū hoīes :sed inferiora hec oīa ꝓuiribus capienda celestia ꝑparant̄. Harmoniā uero capacem supioꝝ ꝑ septē reꝝ gradus in supioribus distribuimus:ꝑ iagines: uidelicet(ut putāt)harmōice constitutas: ꝑ medicias sua q̄dā consonātia tēpatas:ꝑ uapores:odoresq̧ simili ɔcinitate cōfectos:ꝑ cantus musicos:atq̧ sonos:ad quoꝝ ordinē:uiq̧ referri gestus corporis: saltusq̧ :&

tripudia uolumus. Per iaginatōis cōceptus motusq̧ cōcinos: p cōgruas rōis discursiones: p tranqilas me tis contēplationes. Sicut.n. corpus p harmoniā quo tidie suam.i. p sitū: & habitū: & figurā opportūe lūi ni: caloriq̧ solis expōimus sic et spūm occultis stellaꝝ uiribus cōparandis: p suam quādā similē harmoniā: imaginibus (ut opiant̃) & certe medicinis: odoribus harmōice compositis cōparatam. Et dēiq̧ p spūm su p is ita patū: ut sepe iā diximus: aiam eiusdē exponi mus: atq̧ corpus: aiam in quam quatenus affectu ad spūm iclinat̃: & corpus. In aia uero nūc iagiationem: rōnē: mētē pōimus: pōt utiq̧ iagiatio nostra: ul̃ ꝓpter q̄litatē: motūqȝ spūs: ul̃ p electionē nostrā: uel et utrī q̧ ita disponi: cōponi: conformari: marti soli ue: ut sit e uestigio ꝓprium isluxus phebei: uel martii suscepta culū. Similiter rō ue per imaginationē: spūmq̧ simul: uel p deliberationē: uel utrinqȝ: sic ad iouē imitatiōe quadā cōparare se pōt: ut multo magis ob dignitatē ꝓpinqtatēq̧ suā ipsa iouem capiat: & munera iouis q̄ iaginatio: siue spūs: quēadmodū iagiatio: spūsqȝ ea dē rōne multo magis celestia capiūt: q̄ res: & materie queuis iferiores. Mens deniqȝ contēplatrix q̄tenus se ipsam nō solū ab his: q̄ sētimus: ueꝝ ēt ab eis: q̄ imagi namur cōiter: moribusq̧ argumētamur: hūanis seuo cat: & affectu: intentiōe: uita ad sepata se reuocat: sa turno quodā mō se expōit: huic soli ꝓpitius est satur nus. Sicut eni sol anialibus qdē nocturnis inimicus ē diurnis aūt est amicus ita saturnus hoībus: uel uulga rem palam uitā agentibus: uel fugientibus qdem uul gi consuetudinē: uulgares tñ affectus non dimittēti bus est aduersus. Vitā nāq̧ cōmunem concessit ioui: separatam uero sibi uendicauit atq̧ diuinā: mentib⁹ aūt hoium re uera hinc ꝓ uiribus segregatis: tanq̄ si bi cognatis

bi cognatis quodāmodo est amicus. Nā spiritibus su blimem habitātibus aerē ipse saturnus (ut platonice loquar) est pro ioue: sicut iuppiter hoibus cōmunem agentibus uitā: est iuuans pr: nullis uero saturnus est infensior: q̄ hoibus cōtemplatiuā uitā simulantibus qdem: nec agentibus. Hos eni nec saturnus agnoscit ut suos: nec iuppiter ipse saturni tempies adiuuat eos qui cōmunes hoium leges: moresq3: & cōmertia fugiunt. Hec eni sibi iuppiter usurpauit (ut aiunt) ligato saturno: segregata saturnus. Quamobrē lunares illi populi: quos socrates in phedone describit: eminē tissimā terre superficiem: & altiorem nubibus habitā tes: uiuentes sobrii admodū frugibusq3 contenti: & secretioris sapientie studio: religioniq3 dediti: saturni felicitattm gustant: uitamq3 agunt ita ꝓsperam: tam longeuam: ut nō tam mortales hoies q̄ imortales demones habeantur. Quos heroas multi nominant aureumq3 genus saturnio quodā seculo: regnoq3 gaudens: quod forsan astrologos arabes uoluisse puto. Vbi aiunt ultra lineam equinoctialē ad meridiem esse subtilissimos habitatores quosdam demonas: qui nec oriri uideantur: neq3 mori: ibiq3 potestatē habere saturnum: caudamq3 draconis. Quod sane confirmare uidetur albumasar in libro sadar dicens: quasdā indie regiones saturno subiectas esse: ibiq3 hoies esse ualde longeuos: ac senio plurimum extremo decedere: rationēq3 assignat: quoniam saturnus non ledit domesticos: sed externos. Tu uero potestatē saturni ne negligas: hunc eni ferunt arabes oium potentissimū: planetas sane uires eoꝝ subire: ad quos accedūt: omnes uero ad eū accedere potius q̄ uicissim: planetasq3 cōiunctos illi: natura illius agere: est eni ipse iter planetas orbis amplissimi caput. Quilibet sane planeta

ſui orbis caput eſt: & cor: & oculus. Saturnus itē ſtel-
lis proximus eſt inumeris: prioq; mobili q̄ ſimillimus
longū agit circuitū: eſt altiſſimus planetaꝝ: unde feli
cem eū uocant: cui ille feliciter aſpirauerit. Et q̄uis eū
tanq̄ a cōmuni uita hoium alienū: plerūq; maxime ue
nerantur placari tamē etiā cōmuni uite putant: ſi quā
do plurimā in aſcendente poteſtatē: dignitatēq; habu
erit: aut iuppiter eū ſuus feliciter aſpexerit: uel ī ſuis fi
nibus excellenter acceperit. Alioqn influxus illius im
portune ſuſceptus in meteria preſerti craſſa: fit q̄ſi ue-
nenū: ſicut & ouū putrefactione: uel aduſtione fit ue-
nenoſum: unde naſcuntur: uel euadunt imundi qdā
ignaui: triſtes: inuidi: demonibus immundis expoſiti
quoꝝ cōmerciū procul effugito. Nā ſaturni uenenum
alibi qdem ſopitū latet: ceu ſulphur a flāma remotū:
in uiuentibus uero corporibus ſepe flagrat: atq; : ut
ſulphur accenſum: nō cōburit ſolū: ſed uapore etiā no
xio oīa circū īplet: atq; inficit ꝓpinquantes. Cōtra in
fluxum eius hoibus cōmuniter peregrinū: & quodā-
modo diſſonū nos armat iuppit̄: tū naturali qualita
te ſua: tum alimentis: medicinīſq; certe ſuis: atq; (ut
putāt) etiam imaginibus: tū etiā moribus: negotiiſq;
& ſtudiis: atq; rebus ad ipſum proprie pertinentibus.
Noxium uero influxū ſaturni effugiūt: ſubeuntq; ꝓ-
pitium: nō ſolū qui ad iouem confugiunt: ſed etiam q
ad diuinam cōtemplationem ab ipſo ſaturno ſignifi-
catam tota mente ſe cōferunt. Hoc enim pacto mali
gnitatem fati deuitari poſſe chaldei: & egyptii: atq;
platonici putant. Cū enim celeſtia nolint eſſe corpora
uana: ſed diuinitus animata: atq; inſuper mentibus
recta diuinis: nimirū illinc ad homies nō ſolum q̄plu
rima ad corpus: & ſpiritū ꝑtinētia: ſed multa etiā bo-
na quodāmodo in aniam redūdantia proficiſci uolūt

non

non a corporibus in aniam:sed ab animis. Magis aũt hec pluraqꝫ eiusmodi a mentibus superioribus celo ꝓ fluere:inter hec si rationes oẽs assignare uolueris:qui bus adductus moses otiũ sabbati mandauit hebreis forsan ultra sublimiorem;secretiorẽqꝫ allegoriam in/ uenies saturni diem : actionibus ciuilibus: bellicisqꝫ ineptum:cõtemplationibus aptum : eoqꝫ die diuinũ contra discrimina patrociniũ obsecrandũ. Quod qui dem impetrari posse aduersum martis: & saturni mi/ nas habraam: & samuel: & plures hebreorum astro/ logi:eleuatione mentis in deũ:uotisqꝫ: & sacrificiis cõ fitentur;preceptum illud chaldeũ cõfirmantes : scili/ cet:si mentem ad pietatis opus ardentem erexeris:cor pus quoqꝫ caducũ seruabis. Cõsideratu dignũ est il/ lud iamblichi;celestia:mundanaqꝫ numĩa uires quas dam in se superiores:nonnullas iferiores habere. Per has quidem effectibus nos fatalibus deuincire: per il las aũt uicissim soluere nos a fato : quasi claues (ut in quit orpheus) ad aperiendũ habeant: & claudendũ: multo igitur magis diuinitas mundo superior a fata li necessitate nos redimit. Exploratu quoqꝫ dignissi/ mum est hebraicum illud in mactandis anialibus : re busqꝫ nostris sacrificio dissipãdis : mala celitus iminẽ tia a nobis ad nostra ꝺflecti:sed hec pico nostro explo randa relinquimus. Deniqꝫ ubicũqꝫ dicimus celesti/ um ad nos dona descendere:intellige: tũ corporũ cele stiũ dotes in corpora nostra uenire ꝑ spiritũ nostrũ ri/ te paratũ:tũ eadem prius etiam per radios suos iflue re in spũm naturaliter:uel quõcunqꝫ illis ex positum tum etiam aniarum celestiũ bona parti in eũdem spi/ ritũ per radios prosilire:atqꝫ hic i nostros anios redũ dare:parti ab animis eorꝫ : uel ab angelis in anios ho minũ illis expositos ꝑuenire:expositos inq̃ nõ tam na

turali quodam pacto: q̃ electione arbitrii liberi uel af fectu. Sũmatim uero quicunq; uoto: studio: uita: moribus beneficẽtiam: actionem: ordinẽ celestiũ imitantur: eos existimato tanq̃ supernis similiores: ampliores illinc dotes accipere: homines autem artificiose celestium dispositioni dissimiles atq; discordes: & clam esse miseros: & deniq; palam infelices euadere.

¶ Vt ꝓspere uiuas: agasq;: in primis cognosce ingeniũ: sydus: geniũ tuũ: & locũ eidẽ cõuenientẽ: hic habita: professionem sequere naturalem. Cap. xxiii.

QVicunq; sane mentis: suiq; cõpos nascitur ẽ a celo ad hõestũ aliquod opus: & uite genꝰ naturaliter ĩstitutus. Quisqs igitur celũ optat habere propitiũ: hoc opus: hoc genus in primis aggrediatur: hoc sedulo ꝓsequatur. Celũ enĩ suis fauet inceptis: ad hoc ipsum uero pre ceteris es natura factus: qđ primũ a teneris ãnis agis loqueris: fingis: optas: sõnias: imitaris: qđ tentas frequẽtius: qđ facilius peragis: quo sũmopere proficis: quo pre ceteris delectaris: qđ relinquis iuitus. Hoc est sane ad qđ te celũ: rectorq; celi genuit: eatenus igitur tuis fauebit inceptis: & aspirabit uite: quatenus genitoris ipsius auspicia ꝓsequeris. Preserti si ueꝝ sit platonicũ illud: in quo tota cõsentit antiqtas: unicuiq; nascenti esse demonẽ quendã uite custodẽ ipso suo sydere destinatum: qui & ad hoc ipsum officium adiuuet: cui nascentẽ celestia deputarunt. Quicũq; igitur p argumẽta: que modo diximus suũ ingeniũ pscrutatus: ita naturale suũ opꝰ ĩuẽiet: iuenerit simul suũ sydꝰ: & dmonem: quoꝝ exordia sequens: aget prospere: uiuetq; feliciter: alioquin & fortunam experietur aduersã: et celum sentiet inimicum. Duo igitur sunt pre ceteris hominũ infortunatorum genera: alteꝝ eoꝝ: qui nihil ꝓ


fessi: nihil agunt: alterꝝ eorũ: qui professionem ingenio alienã subeunt: genioq; ɔtrariam. Illi quidẽ ignauia torpent: iterim ad actiones icitante celo semp agẽte: hi dum aliena a patronis celestibus agunt: frustra laborant supernis destituti patronis: primũ qdem antiquo prouerbio confirmatur: dei adiuuãt facientes: ignauis aũt infensi sunt: secũdũ prouerbio simili: nihil agas iuita minerua. Ob hanc arbitror rationẽ iouẽ in pythagoricis carminibus obsecrari: ut uel ipse tot malis leuet genus hũanum: uel saltẽ quo duce demone utamur: ostẽdat. Proinde opeprecium fuerit indagare: ad quã potissimũ regionem habitandã: & excolendam te tuum sydus. demonq; tuus ab initio designauerit: ibi eni magis aspirant. Ea uero est: in quã primũ profectus: spiritus tuus quodãmodo recreatur ubi sensus uegetior permanet: ubi corporis habitudo ualidior: ubi magis pleriq; fauent: ubi uota succedunt. Hec igitur experire: hanc regionem elige: hãc cole feliciter: hinc uidelicet discessurus infelix: nisi & rediturus: & ad similia pergas. Sed interea frequentibus in hac regione motibus te exerce: gyrosque quosdam celestium instar agito: motu enim circuituq; eiusmodi genitus similibus conseruabere. Quãtum preterea ad habitationen pertinet: utiliter recordabere: sicut alimẽta uite necessaria: rus qdem urbi suppeditat: urbs uero cõsumit: sic & ipiam uitã rusticatione frequẽti: ubi tediũ te minime cepit plurimũ augeri: sed urbano cũ otio tũ negotio ɔteri. Quantũ uero ad habitationẽ simul: & professionẽ aspectat: illud orientaliũ astrologoꝝ minime cõtemnendũ: uidelicet: mutatione nõis: professionis: habitus: uictus: loci. celestem influxũ nobis tum in melius: tum in deterius pmutari. Demões quoq; uel cõmutari; uel ad eos

dem aliter hic: & alibi nos habere: platõici iudicabũt demonẽ uo uniuscuiusq3 custodẽ astrologi cũ platõi cis geminũ esse posse cõsentiũt: alterũ qdem geniture proprium: alterũ uero professionis. Et quotiens pfes sio cũ natura cõsentit: eundẽ utriusq3 demonẽ: uel certe similimũ nobis adesse: uitãq3 inde nostrã magis se cum fore cõcordem: atq3 tranqllam. Sin aũt pfessio dissidet ab ingenio: demonẽ acqsitũ arte esse a genio naturali discordẽ uitãq3 laboriosã atq3 sollicitã. Qualis aũt unicuiq3 demon ab ipsa generatiõe presit cupi entibus inuenire: porphyrius regulã inuestigat ex planeta dño gẽiture. Iulius firmicus planetã genitur̃ dominum esse inquit: uel eum qui plures illic habeat di gnitates: uel ex firmiori sentẽtia potius eum: cuius do miciliũ mox petitura sit luna post signũ: quod homie nascente iam tenet. Sed demonẽ non eadẽ regula putat inuestigandum: uerũ ex chaldeorum opinione a sole potius: aut luna. A sole quidem ad lunam in natiuitate diurna: a luna uicissim ad solẽ i natiuitate no cturna: ut cõputato inter hec iteruallo eq̃le spatiũ peragas ab ascendentis gradu descendẽs: & in quẽ ter minũ desinis aĩaduertas: cuius enim stelle est ille terminus: eiusdẽ esse demonẽ arbitrant̃. Summatim uero a dño geniture simul atq3 demone tenorẽ uite: for tunãq3 perpẽdere solent: fortunã adiunxi: qm̃ nõnulli partẽ fortune: eadẽ ferme cõputant rõne. Optabãt ueteres suũ ad se demonẽ ab aliquo celi cardine descẽ disse: ab oriẽte uidelicet: uel occidẽte: uel medio: utriq3 celo: aut saltem ab undecima: uel quita plaga. Vndecima quidem medio supra caput nostrum celo succedit: ac bonus demon cognominatur: & ascendentem ab oriente gradũ aspicit ex sextili: quinta uero celo antipodũ medio succedit: appellat̃ q3 bona fortũa:

&

& ascendentem gradū contuetur ex trino. Optabāt tertio loco demonē: si modo a cadenti plaga uenerit saltem: uel a nona uenisse: uel a tertia. Nona eni apellatur deus tertia uero dea: & illa ascendentem gradū ex trino: hec aspicit ex sextili. Cadentes uero duodecimam: atq; sextam exhorrebant: illā sane malū demonem: hanc malam fortunam cognominātes. Nos aūt optare preterita supuacuum arbitrati: monem⁊ easdem plagas: quas illi ꝓ demonibus: fortunisq; optabant: obseruari ꝓ planetis: & stellis ad efficiendum accōmodandis: ut uel sint in angulis: aut in duabus quas diximus: succedentibus: aut saltem in duabus dūtaxat cadentibus: quas antea nominauimus. Neq; enim ab re solem nona gaudere dicūt: lunā tertia: iouem undecima: uenerem uero quinta: he nāq; gradū conspiciunt ascendentem. Sed redeamus ad institutū: siue igit̃ ab illa: quā i supioribus narrabā: experientia: diligētiaq;: siue ab hac arte: quā mō recēsui: primū inuestigemus nature: demōisq; istinctū: ifortunatū esse cēsebimus: q officiū nullū ꝓfitetur honestū Nam et ducē ꝓfessionis re uera non habet: q opus honestum nō aggredit̃: & ducē naturalē uix ullū habet quoniam stellarꝝ: demonūq;: siue angelorꝝ ducū diuinitus ad custodiā dispositorꝝ officiū est ager̃ semp: & excellenter: atque latissime: infortunatū insup eū: ut (supra diximus) q ꝓfessione nature cōtraria: diuersū a genio subit demonē. Memēto uero ꝓ dignitate professionū digniores gradatim accipi demones; seu mauis angelos: atq; i gubernatiōe publica ēt digniores Posse uero artē: uiteq; tenorē accipi genio & ingenio nō cōtrariū: neq; lōge diuersū ēt: si ad excellētiora ꝓcesseris. Memēto rursus familiaritatē eorꝝ inire: qbus gratie celestes afflant: qđ ex bonis animi: corpis for-

tune ppẽdes. Sicut.n. odor ex musco sic ex bono boni nõ nihil exhalat i proximũ: ac sepe pseuerat ĩfusũ. Mirificus aũt foret cetus triũ feliciũ: uel duorꝶ iter se mirabiliter redũdãtiũ. Memẽto deniqꝫ effrenatos: & ĩpudẽtes: & malignos: ac ifelices pcul fugere: hi nãqꝫ malorꝶ pleni demonũ: uel radiorꝶ malefici sũt: & tãq̃ leprosi: pestilentesqꝫ nõ solũ tactu nocent: sed ppinquitate ẽt & aspectu. Sane ppinqtas ipsa corporꝶ aiatorũ putat̃ esse ꝯtactus pp efficacẽ uaporꝶ exhalationẽ foras a calore spũ: affectu manantẽ. Maxie uero pestilens erit flagitiosorꝶ familiaritas atqꝫ crudeliũ: si uerꝶ fuerit post uegetalẽ uitã mense iouis.i. scd̃o nobis infusam: ꝺinceps mẽse martis.i. tertio sensualẽ aiam in fundi pturbatiõibus mãcipatã: sic.n.q pturbatione ferunt: martis plẽi martiali cõtagiõe ppĩquos ĩficiũt Cõtraria uero rõne cõsuetudo freqũes: cõtiguũqꝫ cõmertium cũ felicibꝰ: excellẽtibusqꝫ (ut diximꝰ) pdesse mirifice cõsueuit. Apolloniũ theaneũ ferũt ephesi dep̃hẽdisse senẽ: sub cuius figura lateret demõ: q sola p̃sentia totã ciuitatẽ peste cõtamiabat. Quantũ uero socrates multis p̃sentia sola pfuerit: xenophon et plato testant̃. ❡ Qua rõne lr̃ati cognoscãt ingeniũ suũ sequant̃qꝫ uictũ spiritui consentaneũ. Cap.xxiiii.



Voniã uero litterarꝶ studiosis loquor recordari unũ quenqꝫ uolo litterarꝶ amor̃ captũ in primis se esse mercurialẽ: preterea solarem quatenus ipse mercurius est solaris: atqꝫ hec cõmunis his oibus est conditio. ❡ Proprie uero preter naturã mercurialẽ qsquis eloqi gratia lepore dignitate uenustate pollet: apollinẽ in se agnoscat: & uenerẽ. Qui ad leges: uel naturalẽ: cõmunẽqꝫ philosophiã est ppensior: nõ ignoret iouẽ se haber̃ patronũ. Sed qui ad secretissima q̃qꝫ curiosus pscrutanda penitus instigatur:

gat:sciat se non mercurialē esse :sed saturniū : sub cu
ius ēt pncipatu sūt oēs in quouis studio usq; ad finē
seduli:p̄sertim i rebus aliis negligētes. Deniq; si uerū
est qd' nōnulli tā physici.q̄ astronomi tradūt:aiam in
tellectu preditā in conceptū humanum mense solis.i.
quarto descendere:qui plurimū intellectu uiuunt:&
ab initio sūt p̄cipue:& quotidie solares euadūt.Ho
rū itaq; planetaꝝ fauor his hōibus auspicandus erit
sub eoꝝ ispiraculo medicine cōflande:in eoꝝ regioni
bus habitandū :ueꝝ ad apollinē musaꝝ ducē i pmis
uos o lr̄ati musaꝝ cultores aduoco.Quicūq; igit̄ iter
uos dilectissimi in musaꝝ amore fratres:īgenio mul-
to magis:lōgiusq; q̄ corpe ualent.ii pfecto sciāt in gēi
tura quōdā sua phebē qdem materiā suppeditasse p
paucā:phebeū uero spūm infudisse q̄ plurimum.Im-
mo & quotidie humores:alimentaque in corpore:in
spūm maxima quadā ex pte resoluere.Vnusquisque
igit̄ uestrū totus est ferme spūs:spiritalis inq̄ homo q
dā terreno hoc corpusculo psonatus.Spūm ante ali-
os ppetuo quodā labore fatigans : ut ipsi p̄ceteris sit
assidue spūs recreandus:& in senectute p̄terea: i qua
cōiter euadit crassior.ad subtilitatē propriā reuocan
dus. Scitis pfecto crassū corpus crassis elemētis qua
tuor ali :scitote igit̄ spiritale corpus suis quibusdā te
nuibus elementis quattuor enutriri.Huic.n.uinū est
p terra:odor ipse uini uicē gerit aque:cantus rursum
et sonus agit aerem:lumen aūt p̄fert igneū elementū.
His ergo quattuor p̄cipue spūs alitur:uino inq̄ eiusq;
odore:& cantu similiter:atq; lumine.Sed nescio quo
modo ab apolline primū exorsi incidimus mox i bac
chū:et merito qdem a lumine puenimus in calorē:ab
ambrosia in nectar:a ueritatis intuitu i ardentē ueri
tatis amorē. Fratres certe sunt: indiuiduiq; comites

phebus atq; bacchus: ille qdem duo potissimũ uobis affert: lumē uidelicet: atqz lyrā: hic itē pcipue duo: uinum odorēqz u ni ad spũm recreādũ: quorꝝ usu quotidiāo spũs ipse tandē phebeus euadit & liber. Quā obrem ita uos excipiendũ solis lũen quotidie comparate: ut quatenus deuitata destilatione quadā: & exsiccatione fieri potest: frequentissime sub luce uiuatis saltem in conspectu lucis: tum eminus: tum cōminus tum tecti: tũ aperti ad usum ubiqz uestrum uitalē solis potentiam tpantes: atque igne referentes in nocte solem: cithare: cantusq; interim nō obliti. Spirate uero semper: & uigilantes: & dormientes aerem uiuum aerem luce uiuentem: similiter habere uos oportet ad merum bacchi donum apollinis beneficio procreatũ. Eadē igiť pportiōe: qua lumē: accipite uinũ abũde q dē: quatēus nec destillatio: nec exsiccatio: qlē dixi ebrietas ue ↄtingat. Atq; pter substantiā uini quotidie bis acceptam: odorē eius frequētius haurire ptim qdē os: ubi spiritus fuerit recreandus: colluētes mero ptim lauātes eodē manus: ptim naribus: & tēporib⁹ ad mouētes. Satis iā fratres collocuti sum⁹ satisq; cō bibimus. ergo ualete.

¶ Astonomica diligētia ĩ libris pcreādis inepparādis epulis ĩ edificiis & habitatiōe: atq; uestib⁹: & qtũ curař talia liceat. C.xxv.



Ed iuuat ēt pũper alloq seuerꝝ řligiōis ātisti tē. Dic age qd nā in nřorꝝ usu dānas ātistes quicqd inqes arbitrio nostro detrahit: qcquid unius d'i cultui derrogat: eadē ego te cũ non dāno solum: sed ēt ualde detestor. Execraris qnetiā scio: atq; ego insup perhorresco nōnullos: q cũ deum exoratũ uolunt: ad iouē in medio celo uastũ illud dracōis caput subeuntē tā miħi q̄ stulti cōfugiũt: ab ipso uidelicet dracone: q quondā e celo corruit:

tertiã stellarũ ptem secũ trahẽs: dẽiqꝫ deuorãdi. Veꝝ cõcedes ne: cõtractibus: matrimoniis: colloquiis: itineribus: similibusqꝫ operibus pagẽdis: horas opportunas eligere? non facile te his assensuꝝ uideo: nescio qd arbitrio metuentẽ. Ego igitur & si theologus ille magnus albert⁹ ista dabit: & ratio quedã forte dictabit: p electionẽ ipsã ad arbitriũ ptinentem: celestia ita prudentie nostre usui subiici queadmodũ herbe medico subministrãt: tibi tñ potius in presentia credã: & q̃ tu difficile nũc ea pmittis: tã facile ipse dimittã. Obseruationes uero lune: ideoqꝫ aliarum stellarum ad morbos curãdos; & idcirco ad remedia preparãda iã diu ut arbitror pmisisti. Cõcessum quoqꝫ abs te: & isup approbatũ: crescente luna: eadẽqꝫ aucta lumine: nec aliunde infortunata: seminibus agros spargere: uites oleasqꝫ serer̃. Cur nõ igitur ad plãtandũ (ut cynice loquar) hoiem utamur bñficio lune: iouisqꝫ: & phebi? Nã ueneris qdẽ ad hec officio semp utimur: sed recti⁹ mõ dixissem: sp utuntur: nã ipsa mihi uẽus est diana Quid itẽ de uictu dicem⁹? nõ ne licebit: & pderit sub felici sydere: tũ autũno uinũ: tũ ĩ dies panẽ: epulasqꝫ cõficere? Ac si nequeamus in his preparandis aspect⁹ sydeꝝ expectare: expediet saltẽ ascendentes accipere: uel aliter angulares: solem: iouẽ: uenerẽ: atqꝫ lunam. sic enĩ oia: quibus utimur: feliciter affecta celitus: feliciter nos afficient. Hactenus te uideo absqꝫ cõtrouersia concessuꝝ: nisi forte dicas ita: uitã nostram nihil fore aliud q̃ perpetuã seruitutẽ. Ad hec ego subiiciã: frustra mortales cumulandis pecuniis: & honoribus seruituros: qbus sunt perpetuo mancipati: nisi interĩ diligentia physica dies uite sibi plures accumulẽt. Aut igitur soli deo seruiant: quod quidẽ est potissimũ: aut si cui p̃terea seruituri sunt: uite tũ ualide: tũ lõge poti

us q̃ pecuniis: honoribusq̀ꝫ uãis indulgeãt: cõcordes ergo sumus. Sed nũquid uel domos fundabũt temere: uel ifaustas habitabũt: ubi cõtagiosa quedam calamitas edificii ferme sic inficit habitantẽ: ut ueneno sus pestilẽtie uapor etiã ad biẽniũ in pariete seruatus. qualis etiã ex epidimia latẽs in ueste: diu postea utentem ificit icautum: atqꝫ ꝑdit. At postq̃ hic in uestium incidimus mẽtionẽ: ꝓhibebis ne pie pater in ueste cõficiẽda: uel primũ iduẽda spiraculũ ueneris diligẽter aucupari? quo quasi uenerea facta uestis: similiter ꝑ spera quadã corpus: & spũm afficiat q̃litate? Nõne medici uetãt vulpium pelles? agninas ꝓbãt? nõ aliter forte sydus i dies q̃si nascẽtes uestes afficit: q̃ semel ab initio natas. Vestes quidẽ: & cetera artis opa certã a sydere q̃litatẽ accipere thomas aqnas in libro de fato ꝯfirmat: tu igit̃ affirmabis. Infectas uero uestes utentẽ inficere: ẽt testis est scabies: atqꝫ lepra: deniqꝫ si populi uite cõsulis (ut opinor) ista permittes: atqꝫ ego permissione tua cõsulã obſuanda. Sin ãt eiusmodi moribũde uite curã nõ iprobas qdẽ: sed negligendã mões ego qdẽ negligo: melioris uite fiducia fret⁹: ceterisqꝫ similiter ꝯsulo faciẽdũ. Vale.

¶ Quõ ꝑ inferiora supioribus exposita deducantur superiora: et per mundanas materias mundana potissimum dona. Cap. xxvi.



Ed ne longius digrediamur ab eo: quod interpretantes plotinum instituimus ab initio: breuiter ita collige. Mundus ab ipõ bono (ut plato una cũ timeo pythagorico docet) q̃ optimus effici poterat: est effectus: est igitur nõ solum corporeus: sed uite insuper: & intelligẽtie particeps. Quamobrem preter corpus hoc mundi sensibus familiariter manifestum: latet in eo spiritus cor

pus

pus quodam exercens caduci sensus capacitatē: in spi ritu uiget anima: in aīa fulget intelligētia. Atq; sicut sub luna nec miscetur aer cum terra: nisi per aquam: nec ignis cum aqua: nisi per aerē: sic in uniuerso esca quedā siue fomes ad aīam corpori copulandam est il le ipse: quem spūm appellamus. Anima quoq; fomes quidam est in spiritu: corporeq; mundi ad intelligen tiam diuinitus consequendā: quēadmodū sūma que dā in ligno siccitas ad penetratum oleū est pata: oleū huic imbibitū pabulū est ad ignē: ad calorē dico pro xime. Calor ipse lumis est uehiculū: ac si lignum hoc eiusmodi sit: ut igne p̄sente fulgeat: non urat: qualia qn̄q; uidimus: iā hoc exēplo uidebimus: utrū uel ho mo: uel aliud quidā sub luna: certis q̄busdā prepara mētis: partim q̄dem naturalibus: partim arte q̄sitis: uitalia atq; ēt forte itellectualia quedā bona oppor tune quodāmō desup accipe possit. Ver qđ hic ad re ligionē spectat: discutiemus alibi: ubi plotinus in me diū hec adducet. Quod uero ad naturales spectat in fluxus: q̄lescunq; sint desup ueniētes: scito eos in no bis: materiisq; nr̄is ita demū per artē cōparari posse: qn̄ fomenta nobis: nostrisq; ad illos natura subgesse rit: celūq; ad eosdē opportunius cōspirauerit. Nonne in ipso fetu natura fetus ipsius artifex: cū certo quo dam pacto corpusculū affecerit: figuraueritq;: hoc ip so statim p̄paramento: uelut esca quadā spūm ab uni uerso deducit: perq; hūc uelut fomitē uitā haurit: at q; aīam? Ac deniq; p certā anie speciē: dispositiōem q; corpus ita uiuens dignū est p̄sentia mētis tandē do nate diuinitus: ubiq; igit̄ natura magna est: ut inq̄t plotinus: atq; synesius: uidelicet certa quedā pabulis ubiq; certis inescās non: aliter q̄ cētro terre grauia tra hens lune cōcauo leuia: calore folia: hūore radices: ce

teraq; similiter. Quo qdem attractu secũ ipso deuin-
ciri mundũ testant̃ sapientes indi: dicẽtes mundũ es-
se aĩal passim masculum simul atq; feminã: mutuo
q; mẽbro℞ suo℞ amore ubiq; coire secũ: atq; ita cõ
stare: uinculum uero membrorum inesse p insitã sibi
mentẽ: que totã ĩfusa p artus agitat molẽ: & magno
se corpore miscet. Hinc orpheus naturã ipsam mũdi:
iouẽq; mũdanũ marẽ appellat & feminam: usq; adeo
mutui ptiũ suarũ cõiugii ubiq; mũdus est auidꝰ. Esse
uero masculinũ sexũ feminio ubiq; cõmixtũ declarat
illic qdem ordo signo℞: ubi precedẽs ppetuo deinceps
ordine masculinum est subsequens femininũ: hinc ue
ro arbores: atq; herbe: que ẽt sicut aĩalia utrũq; sexũ
habẽt. Mitto φ ignis ad aerẽ: aqua ad terrã masculi
uicẽ tenet ad feminã: ut non mirum sit mẽbra inter se
mũdana: & oẽs eius articuli mutuũ coniugium con-
cupiscere. Quod & planete cõciliant: ptim quidẽ ma
res: partim uero femine: precipue uero mercurius mas
culus: atq; femina hermaphroditi pater: quod sane
animaduertẽs agricultura p̃parat agrũ: feminaq; ad
celestia dona: & insitionibus quibusdã: uitã plante p
pagat: & ad speciẽ alterã: meliorẽq; pducit. Similia q̃
dam efficit medicus: & physicus: & chirurgicus ĩ cor
pore nostro: tũ ad nostrã fouendã: tũ ad uniuersi na-
turam uberius cõparãdam. Idẽ quoq; philosophus
naturaliũ re℞ astrorũ pitus: quem pprie magũ appel
lare solemus: certis qbusdã illecebris: celestia terrẽis
opportũne quidẽ: nec aliter inserẽs q̃ insitiõis studio
sus agricola ueteri recentẽ stipiti surculũ. Quod &
ptolemeus ualde pbat: affirmans eiusmodi sapientẽ
sic astrorum opus adiuuare posse queadmodũ agri-
cola terre uirtutem. Subiicit magus terrẽa celestibus
immo inferiora passim superioribus: ut pprias ubiq;
feminas

feminas suis maribus fecundas: ut ferrum magneti tra
hendum: ut camphorã aeri feruẽti sugendam: ut cry
stallum soli illuminandum: ut sulphur: & sublimem
liquorẽ accẽdendũ flãme: ut oui testã uacuã: & imple
tã rore soli eleuandã: imo: ut ouum ipsum galline fo
uendum. Preterea sicut nonnulli fouentes oua etiam
sine animalibus uitam illis ex uniuerso conciliant: &
sepe materias quasdam opportũe parãtes absq; ouis
manifestisq; seminibus animalia procreant: ut ex oci
mo scorpionem: apes ex boue: ex saluia auem meru-
le similem. Vitam uidelicet a mundo materiis certis
opportunisque temporibus adhibentes: sic & ille sa-
piens: ubi cognouit: que materie: siue quales partim
inchoate natura: partim arte perfecte: & si sparse fue
rint congregate: qua celitus influxum suscipere pos-
sint: has eo regnante potissimum colligit: preparat:
adhibet: sibique per eas celestia uendicat. Vbicunq;
enim materia quedam sic supis exposita est: sicut spe
culare uitrum uultui tuo: pariesque oppositus uoci su-
bito superne patitur ab agẽte: uidelicet potentissimo
a potestate uitaq; mirabili ubiq; presente: uirtutẽq;
passione reportat: non aliter q̃ & speculum imaginẽ
representat ex uultu: & ex uoce pies eccho. His ferme
exẽplis ipse plotinus utit̃: ubi mercuriũ imitatus ait:
ueteres sacerdotes: siue magos in statuis: sacrificiisq;
sensibilibus diuinũ aliqd: & mirãdũ suscipere solitos
Vult una cum trismegisto p materialia hec nõ ꝓprie
suscipi numina pẽitus a materia segregata: sed mũda
na tãtũ: ut ab initio dixi: & synesius approbat. Mun
dana inq̃: idest uitã quãdam: uel uitale aliqd ex ania
mũdi spherarũ aĩmis: atq; stellarum: uel ẽt motũ quẽdã
& uitalẽ quasi p̃sẽtiã ex demõibus: imo iterdũ ipsos
demõas eiusmodi adeẽ materiis. Mercurius ipse quẽ

plotinus sequit inquit: demonas aereos: non celestes nedũ sublimiores statuas: q̃ mercurius ipse cõponit ex herbis: arboribus: lapidibus: aromatis: naturalẽ uiꝫ diuinitatis (ut ipse ait) in se habentibus. Adiungunt cãtus celestibus similes quibus ait eos delectari: statu isq; sic adesse diutius: & ꝓdesse hominibus: uel obeẽ. Addit sapiẽtes quondam egyptios: q & sacerdotes erant: cum non possent rõnibus ꝑsuadere populo eẽ deos: idest spũs aliquos sup hoĩes: excogitasse magi⸗cũ hoc illicitũ: quo demõas alliciẽtes: ĩ statuas esse numia declararẽt. Sed iamblichus dãnat egyptios: ꝙ d monas nõ solũ ut gradus quosdã ad supiores deos inuestigãdos accepint: sed plurimũ adorauerit. Cal⸗deos uero demonibus non occupatos egyptiis ante⸗ponit caldeos inquam religionis antistites: nã astrologos tam caldeorum quam egyptiorũ quodammodo tentauisse demonas per harmoniam celestẽ in statuas fictiles trahere suspicamur. Quod significare uidetur astrologus samuel hebreus auctoritate dauidis bis astrologi fretus: antiquos uidelicet fictores imagi⸗num fecisse statuas futura pronunciãtes. Harmoniã uero celestiũ his accõmodatam esse tradit: metallum fundere ad hominis pulchri formã die mercurii: ho⸗ra tertia: scilicet saturni. Q ñ mercurius saturnum in aquario subit in nona celi plaga: uaticiniũ designãte ascẽditq; geminorum sydus: significans ꝓphetas (ut aiunt) mars a sole comburitur: nec mercuriũ intueť. Sol tñ aspicit cõiunctiõis illius locũ uenus interea ali quẽ obtiet angulũ: occidẽtalis est et potẽs: luna ex trigono gradũ aspicit ascẽdentẽ: similiterq; saturnꝰ: hec illi. Ego aũt primo quidẽ ex beati thome sentẽtia puto: si modo statuas loquẽtes effecerint: nõ simplicẽ ipsum stellarũ iꝰluxũ ibi formauisse uerba: sed demõas

Deinde si forte contigerit eos in eiusmodi statuas ingredi: non arbitror hos ibi p celestem influxũ fuisse d uinctos: sed sponte potius suis cultoribus obsecutos deniqꝫ decepturos. Nam & natura supior ab inferiore cõciliat̃ qdem aliquãdo: sed cohiberi nequit: & dispositio illa syderꝶ paulo ante descripta cõcurrere forte non potest: quãuis aũt demones astronomica rõne statuis nõ icludant̃: tamẽ ubi p cultũ eis exhibitũ presentes extiterint. Porphyrius ait eos regulis astronomicis oracula reddidisse: atqꝫ ideo frequenter ambigua: & merito: quoniã iamblichus probat prophetiã ueram: atqꝫ certam: nec malis demonibus conuenire: nec humanis artibus: uel natura: sed spiratione diuina purgatis mentibus prouenire: sed ad mercurium immo ad plotinum iam reuertamur. Mercurius sacerdotes ait accepisse uirtutẽ a mundi natura cõuenientẽ: eãque miscuisse secutus hunc plotinus putat: totũ id ania mundi cõciliante facile cõfici posse: quatenus illa naturaliũ rerꝶ formas per seminales quasdã rõnes sibi diuinitus insitas generat: atqꝫ mouet. Quas quidem rõnes appellat et deos: qm̃ ab ideis supreme mẽtis nũq̃ destituuntur. Itaqꝫ per rõnes eiusmodi anima mundi facile se applicare materiis: quas formauit ab initio per easdem: quãdo magus: uel sacerdos opportunis temporibus adhibuerit formas rerum rite collectas: que rõnem hanc: aut illã ꝑprie spectãt: sicut magnes ferꝶ: reubarbarꝶ coleram: crocus cor: eupatoriũ spodiũqꝫ iecur: spica: muscusqꝫ cerebrũ. Fieri posse ũo quãdoqꝫ ut ratiõib⁹ ad formas sic adhibitis sublimiora quoque dona descendant: quatenus ratiões in anima mundi coniuncte sunt intellectualibus eiusdem anime formis: atqꝫ per illas diuine mentis ideis: quod & iamblichus approbat: ubi de sacrificiis agit. Q ua

de re alibi nos opportũius disputabimus: ubi ẽt appa rebit q̃ ipura supstitio ppli gẽtilis extiterit. Cõtra ue/ro q̃ pura pietas euangelica fuerit: qđ magna ex parte in libro de religione christiana iaȝ fecimus Finis.

❡ Apologia qdã: in qua de medicia: astrologia: uita mũdi: itẽ de magis: qui christũ stati natũ salutauerũt.


Arsilius ficinus florẽtinus dilectissimis suis in ueritatis studio fratribus tribus petris: ne ro: guiciardino: soderino: ter: q̃terqȝ salutẽ. Rectius mõ tripetro q̃ tribus petris fortasse dixissem: sicut eni ubi palma est una: nõ faciũt plures in ea digiti manus ibi plures: sic uestra amici corpora tria nihil ꝓhibere uidẽtur: quo minus unũ efficiat pe trũ una uoluntas faber ille celestis patrie christus tam ingentem ꝓcreauit petrã: ut imẽso huic edificio eccle/sie sue una hec petra fundando sufficeret. Ego quoqȝ tã grãdes nactus sum diuina q̃dã sorte petras: ut tres nũc meo ul' arduo satis edificio faciãt. Nũc uobis ami ci nunc: si nescitis: arx illa palladis necessaria fore ui/detur: qua procul a nobis seuũ impioꝝ gigantũ ipe/tum arceamus. Quamobrẽ uestra primũ arce tribus cõstructa petris: triũ libroꝝ meorũ uitã: uite publice succurrentiũ munire decreui. Scitis (ut arbitror) me de uita libꝝ cõposuisse in libellos tris diuisũ: quoruȝ primus de uita sana: secundus de uita lõga: tertius de uita celitus inscribetur. Igitur esca tituli tã suauis q̃ plurimos alliciet ad gustandum: sed in numero tanto ignorantes pleriqȝ futuri sunt (ut arbitror) maligni quoqȝ nõ pauci. Alius ergo dicet: nõ ne marsilius ẽ sa cerdos? & profecto: quid igitur sacerdotibus cũ me/dicina? qd rursum cũ astrologia cõmercii: alius item/quid christiano cum magia: uel imaginibus alius aũt & quidem indignus uita: uitam inuidebit celo: cun/

cti deniq; sic affecti: beneficio in eos nostro ingrati ni
mis erunt. Atq; aduersus charitatem nostrã: qua ui-
te: prosperitatiq; publice pro ingenii facultate cõsuli
mus: nõ pudebit esse crudeles. Cõmunis igit̃ erit uo-
bis iste labor: sed ut quodãmõ leuior sit: tres eni estis
aduersũ tres hostes: distributũ subite certamẽ. Nec in
uectiua (noui eni ingeniũ uestrũ) cõfutabitis inuecti
uam; sed alieni fellis amaritudinẽ: que uestra suauitas
est: mirifica uestri mellis dulcedine supabitis. Princi-
pio candidissime nere respõdeto primis: antiqssimos
quondã sacerdotes fuisse medicos pariter & astrono-
mos: quod sane chaldeoꝝ: persarũ: egiptiorum testifi
cantur historie. Ad nullũ preterea magis q̃ ad piũ sa-
cerdotem ptinere singularis charitatis officia; que q
dem in maximo omniũ beneficio q̃ maxime lucẽt. Of
ficium uero prestantissimũ est procũl dubio; qđ & ma
xime necessarium; & in primis ab oibus exoptatũ; ef-
ficere uidelicet: ut hoibus sit mens sana in corpore sa
no id aũt ita demũ p̃stare possum⁹: si cõiungimus sa
cerdotio medicinã. At qm̃ medicina sine fauore cele-
sti: qđ & hippocrates: galenusq; cõfitentur: & nos ex
perti sumus: sepius est inanis; sepe etiã noxia; nimiruz
ad eandem sacerdotis charitatem astronomia ptinet
ad quã attinert diximus medicinã. Eiusmodi (ut arbi
tror) medicũ honorari sacre littere iubent; quoniã p-
pter necessitatẽ hunc altissimus pereauerit. Et christ⁹
ipse uite largitor: qui discipulis mandauit: languen-
tes toto orbe curare: sacerdotibus quoq; precipiet: si
minus uerbis; ut illi quondam mederi possint: saltez
herbis: & lapidibus medeantur. Que si mĩus ipsa suf
ficiant opportuno quodam afflatu celi conflare hec:
& egrotis admouere iubebit nam & ipse eodem affla
tu celi animalia passim ad suam queq; cõcitat medi-

cinam usq; adeo uite oium abundantissime puidet. Sic instinctu celesti diuinitus instigante: serpentes q dem maratro: hirundines aũt celidonia oculis medicantur: aquile uexate partu echitē lapidem diuinitus inuenerunt: quo feliciter oua statim eniterētur. Itaq; deus ipse q per celũ anialia queuis ad medicinas instigat: sacerdotes certe pmittit: nō mercede īquam: sed charitate medicinis celitus cōfirmatis morbos expellere: his uero tu deinceps: plura etiam si expedierit ingenii tui aculeis addes. Surge post hec: & tu guiciardice uehemens: atq; curiosis ingeniis respondeto: magiam uel imagines non probari qdem a marsilio: sed narrari: plotinum ipsum interpretante: quod & scripta plane declarant: si equa mente legantur. Neqz de magia hic prophana: que cultu demonum nititur uerbũ quidem ullum asseuerari: sed de magia naturali: que rebus naturalibus ad prosperam corpoꝝ ualitudinē celestiũ beneficia captat: effici mentionē. Que sane facultas tam cōcedenda uidetur ingeniis legittime utentibus q̃ medicia: & agricultura iure cōceditur: tantoqz etiã magis: quãto pfectior est idustria: terrenis celestia copulans: ex hac officina magi oium primi christũ statim natũ adorauerũt. Quid igit expauescis magi nomen formidolose? nomen euãgelio gratiosum: qđ nō maleficũ: & ueneficũ: sed sapientē sonat: & sacerdotē Quidnã pfitetur magus ille uenerator christi prim? si cupis audire quasi qdã agricola est: certe quidã mũdicola est. Nec propterea mundũ hic adorat: quemadmodũ nec agricola terrã: sed sicut agricola humani uictus gratia ad aerem temperat agrũ: sic ille sapiens sacerdos gratia salutis humane inferiora mundi ad superiora ɔtemperat: atqz sicut oua galline: sic opportune terrena subiicit fouenda celo. Quod efficit semp

ipse

ipse deus: & faciendo docet: suadetq3 facere: ut a su-
peris infima generentur: & moueantur: atq3 regant.
Deniq3 duo sunt magie genera: unũ qdem eorũ: qui
certo quodam cultu demonas sibi conciliant: quorũ
opera freti fabricant sepe portenta: hoc aũt pẽitus ex
plosum est: quando princeps huius mundi eiectus est
foras. Alterꝝ uero eorꝝ: qui naturales materias oppor
tune causis subiiciunt naturalibus: mira quadã ratio
ne formandas. Huius quoq3 artificii species due sũt:
altera qdẽ curiosa: altera necessaria: illa sane ad osten
tationem supuacua fingit ꝓdigia: ceu quando persa
rum magi ex saluia sub fimo putrefacta: dũ sol & lu-
na secundam leonis faciem occuparent: eũdemq; gra
dum ibi tenerẽt: generabant auẽ merule similẽ: serpẽ-
tina cauda: eãq3 redactã in cinerem ifundebant lam
padi. Vnde domus statim plena serpentibus uidebat̃
hoc aũt tanq̃ uanũ & saluti noxiũ ꝓcul effugiendum
tenenda tamen species necessaria cũ astrologia copu-
lans medicinã. Siquis aũt pertinax ulterius instet: mo
rem huic ita gerito guiciardine: ut ne legat hec nostra
nec intelligat: nec meminerit; nec utatur homo: si hõ
est: tanto beneficio prorsus indignus. Multa sunt pre
terea: que tu aduersus ingratam ignorantiã in mediũ
afferre tuo igenio poteris. Quid nã agis & tu strenue
soderine noster? tollerabis ne superstitiosos: cecosq; ne
scio quos futuros: qui uitam in animalibus: uel abie
ctissimis: herbisq3 uilissimis manifestam uident: in ce
lo: in mundo non uident. Iam uero si homunciones
isti uitam minimis concedunt mundi particulis: que
tandem dementia est? que inuidia? nec nosse: nec uel
le totũ uiuere: in quo uiuimus: & mouemur: et sumus
Quod quidem canit aratus: iouem manifeste signifi
cans communem corporis mundani uitam: peropor-

tunc nūc in hec arati uerba nescio q̄uo uideor incidisse. Memini lucā euangelistā: memini paulū apostolū his uerbis libenter uti: in quibus mundi uitā sapiētes illi nō horrent. At uero supstitiosus qdam his obiiciet: nō facile cōuinci ex uerbis eiusmodi paulū assentiri mundū habere aiam: sed tantū subesse deo: ac nos in hoc ipso deo uiuente: esto igit̄. Ne noiemus in mundo qn̄ non placet: aiam: nomē aia sit prophanum licebit ne saltem uitā qualēcunqȝ dicere: q̄ deus ipse mundi faber huic operi suo tā feliciter absoluto clementer inspiret? Quādoqdē erga uilissima queqȝ uiuētia nō est auarus: & quotidie per celū q̄ plurimis: q̄ sunt i eo largissime prestat uitā. Dic amabo nō ne uides boues & asinos: o bos o asine: qui tactu quodā ex se uiuentia generāt esse uiuos? Si ergo hec p̄terea ex se uiua q̄dā aspectu ēt generarent: an non multo magis hec uiuere iudicares? si quod mō ipse iudiciū: si quā uitā habes. Celū terre maritus nō tāgit (ut cōmunis est opinio) terra cū uxore non coit: sed solis syder̄ suor̄ q̄si oculor̄ radiis undiqȝ lustrat uxorem: lustrando fecūdat: procreatqȝ uiuentia. Num ergo uitā uel intuēdo largiens: ipsum in se p̄priā nullā habet uitā? & quod dedit aui strutho uitā: aspectūque uiuificū: longe est hoc ipso deterius. His tandē adductis: in mediū nisi persuaseris supstitiosum istū mitto semiuiuū: imo uero non uiuū. Proinde ut pluribus causā nostrā patronis agamus: addito petre mi nere amphionē illum nostrū landinū christophor̄ oratorem pariter & poetā. ille noster amphiō suauitate mira celeriter lapidea hostiū nostror̄ corda demolliet. Tu uero guiciardie carissime cōpater ito nūc: ito alacer: politianum herculem accersito: hercules quōdam ubi periculosius certandū foret: uocitabat iolaū: tu nunc similiter hercu

lem

lem. Nosti profecto quot barbara mõstra latiũ iã deuastantia politianus hercules iuaserit: lacerauerit: itꝛemerit: q̃ acriter expugnet passim: quã tuto ꝓpugnet. Hic ergo uel centũ hydre capita nostris liberis minitantia statim confundet claua: flãmisq; cõburet. Eia mi dulcissime soderine: surge age picum salutato phebeũ: hũc ego sepe phebeũ appello meũ: ille me dionysium uicissim: atq; liberũ. Fratres ergo sumus nũtia phebo meo uenenosum contra nos pythonem: ex palude iamiam emergentẽ: tendat arcũ obsecra precor. confestim spicula iaculetur. Intendet ille ꝓtinus: scio quid loquor: uenenũq; totũ semel una nece necabit. Valete iam feliciter amantissimi fratres mei: non ualitudine tantum felici: sed ipsa etiam felicitate digni liberorumq; meorum in lucem iam prodeuntium ualitudinem: felicitatemq; curate. xv. septẽbris. M. cccc lxxxviiii. in agro caregio.

Quod necessaria sit ad uitam securitas: & tranquilitas animi.

MArsilius ficinus dilectissimis in ueritatis uenatione fratribus bernardo canisiano: ioanni canacio: amerigo cursino salutem. Cum primis hic in uerbis uenationem quandam instituissemus: merito forsan canes statim adhibuimus: & cursores. Apte quidem philosophãtes appellauimus uenatores: anhela semper ueritatis indagie laborantes: num etiam apte canes? Aptissime inquit in republica socrates: philosophantes enim uel legitimi sunt: uel spurii: ambo canes. Illi quidem ueritatẽ ipsã sagaciter iuestigant: mordicus inuentã tenẽt hi uero pro opinione latrant: mordent: lacerant. Tãtum profecto canes inter philosophos sibi uendicãt: ut non solũ seipsos in sectam aliq̃ inseruerint: sed etiã

sectam ipsi suam nomine cynicã quandoqꝫ confecerint. Habet quin etiam suos academia canes: huc ergo uos sagaces acadẽie cães: huc uos uelocissimi cursores aduoco. Tria. n. estis tres ergo nunc meos p̃cor defendite liberos adhuc teneriores: inter lupos (ut uereor) e uestigio prodituros. Currite inq̃ alacres: negotia. n. nunc uobis optata mando: non curas: georgiũ benignum saluiatum cognoscitis meum: qui ueritatẽ illam: per cuius nunc uos uestigia passim uenãdo discurritis: iandiu est sagaciter assecutus: qui & fratres suos solis instar maior ipse miores illustrat. Huic igi͡t si quem lupoꝝ ululatum audieritis nunciate: fortissimus ille georgius omnes facile fugabit lupos: qui & uastum draconem quandoq; transfixit: ille me igitur ille sollicitudie simul: & uos cura leuabit. Solet. n. inter uos aliquis: & quidem iam sepius dicere: nihil ad uitam salubrius experiri: q̃ magna cum securitate tẽpora deglutire: ceteri uero dicenti protinus arridere. Sed dic age canaci: quid nã hoc tuum est totiens repetitum tempora deuorare? quid denique tibi uis: non esse inquies: sed bibere potius: non mandere: uel conterere: sed faucibus plenis ĩgurgitare. Siquidem tempus ipsum natura quedã est liquens (ut ita dixerim) atq; labilis: liquentium uero hec est conditio: ut si cohibeas in angustum: subito perdas: diffluunt. n. coacta: celeriterq; diffugiũt. Si aquam spongie imbibitã forte compresseris: exprimes eam: statimqꝫ disperges si latius hanc tenueris: retinebis multo magis aerem: ignemq; & etherem. Hinc apud poetas frustra contẽdunt: qui ampla diuorum maniumue simulachra ulnis capescere moliuntur. Late admodum accipienda sunt latissima liquentia: & amplissima sunt aplissime possidẽda. Tunc certe grauiter nos premit angustia:

quando

quando animum ipsum: motumqꝫ eius naturaliter amplum redigemus in angustum. Quicunqꝫ studia negotiaqꝫ pensitant examussim: & in minima queqꝫ semper exactissime deterũt: uitam interea suam: heu suam uitam clam miseri conterunt. Recte igitur pythagoras precepisse uidetur: caue ne quando ĩ angustum forte cohibearis: nihil celo amplius: nihil est uitalius. Angustissima uicissim terra uitã habet in mũdo q̃ minimam: deniqꝫ si celo: temporeqꝫ uiuimus: quanto hec latius absorbemus: tanto uiuimus: & diutius. Viuite ergo leti ab angustia procul o amici: uiuite leti: letitia celum uos creauit sua: quã suo quodã risu: idest dilatatione motu splendore declarat quasi gestiens. Letitia celũ uos seruabit uestra: ergo quotidie in presens uiuite leti: nam solicitudo presentium: rapit uobis presens: preripitqꝫ futuꝝ: curiositas futurorũ celeriter in p̃teritum uos traducit: iterum igitur precor: atqꝫ iterum: uiuite leti: nam fata sinunt: duꝫ securi uiuitis. Sed ut re uera sine cura uiuatis: ne unã quidem hanc curam sumite: qua solliciti curetis unq̃ qua potissimum diligẽtia curas effugiatis: una enim cura hec mortalibus heu miseris omni cura cor urit. Negligite igitur diligentiam: negligentiam uero diligite: atqꝫ hanc etiam negligenter quoad licet uobis inquam: atqꝫ decet. Hec autem non tam ut sacerdos amici mando uobis: q̃ ut medicus: nã absqꝫ hac una tanq̃ medicinaꝝ omnium uita medicĩe oẽs ad uitam producendam adhibite moriuntur.

¶ Preclarissimarum sententiarũ libellorum marsilii ficini florentini de triplici uita breuis annotatio.

Medicine

Sol animalibus nocturnis inimicus: diurnis uero amicus est. li. iii. cap: xxii.
Sõno meridião nõ necessario digestio ipedit. li. ii. c. 4.
uero omnes reuelata facie: gloriā dn̄i speculantes: in candem imaginē transformamur a claritate in claritatem: tanquā a domini spiritu. Ideoq; habentes hanc administrationem iuxta ꝙ misericordiam cōsecuti sumus: non deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutia: neq; adulterantes uerbum dei: sed in manifestatione ueritatis cōmendantes nos metipsos ad omnē cōscientiam hoīum coram deo. Quod si etiā opertum est euangeliū nostrū in iis: qui pereunt: est opertum: in quibus deus huius seculi excecauit mentes infidelium: ut non fulgeat in eis illuminatio euangelii glorie christi: qui est imago dei. Nō enim nos metipsos predicamus: sed iesum christū dominum nostrū: nos aūt seruos uestros per iesum. Quoniam deus: qui dixit de tenebris lumē splendescere: illuxit in cordibus nostris: ad illuminationē scientie claritatis dei: in faciem christi iesu. Habemus aūt thesaurum istum in uasis fictilib⁹: ut sublimitas sit uirtutis dei: & nō ex nobis: in omnibus tribulationē patimur sed nō angustiamur: attenuamur: sed nō destituimur persecutionē patimur: sed nō dereliquimur: deicimur sed non perimus. Et paulopost. Scimus enim: ꝙ qui suscitauit iesum: & nos suscitabit cū iesu: propter qđ non deficimus. Sed licet is: qui foris est: noster homo corrumpatur: tamen is: qui intus est: renouatur đ die in diem. Id enim: quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis. Nō cōtēplātibus nobis q̄ uidentur: sed que nō uidenī q.n. uidenī temporalia sunt: que āt non uidentur: eterna sunt. Scimus enim ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: edificationem ex deo habe

mus domum nō mãu factam: sed eternã in celis. Hec ad corithios. Timotheũ uero sic admõuit: Vigila in omnibus: & labora: opus fac euangeliste mysterium tuũ imple: sobrius esto: ego enim iam imolor: & tempus mee resolutionis instat. Bonum certamẽ certaui: cursum consumaui: fidem seruaui: in posterũ reposita est mihi corona iustitie: quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solũ aũt mihi: sed omnibus qui diligũt eius aduentum. In his uerbis uaticinatus est presens sibi iminere martirium: quod breui secutũ est. Nõ possum me cõtinere: quin his adiiciam: quam certa asseueratione: quantaq; maiestate in epistola ad hebreos eternam filii dei generationem: uimq; cecinerit. Multifariã: multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem uniuersorum per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor glorie: & figura substantie eius: portansq; omnia uerbo uirtutis sue: purgationem peccatorum faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit: & que sequuntur de eodem filio dei in sequentibus dicit. Viuum est enim uerbuz dei: & efficax: & penetrabilius omni gladio ancipiti: ptingens usq; ad diuisionem anime ac spiritus: compagum quoq;: & medullarum. discretor cogitationum: & intentionũ cordis. Non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius omnia nuda et aperta sũt oculis eius: ad quod uobis est sermo. Ad colocenses. Filius est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature: quia in ipso condita sunt uniuersa in celis & in terra: uisibilia & inuisibilia: siue troni: siue dominationes: siue princi-

patus

patus: siue potestates? Omnia per ipsum: & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes: & oia in ipso constāt: & ipse est caput corpis ecclie: q est principiū pmo genit⁹ ex mortuis: ut sit in oibus ipse primatū tenēs qa in ipso cōplacuit oēm plēitudinē diuinitatis inhabitare: & per eū recōciliari: oia p ipm pacificās: & p sāguinē crucis eius: siue que i celis: siue q̄ in terris sunt. Sed ne cogar lōgius pgredi per ea: q̄ de filio dei mirāda i epist. ad ephesios: ad colocēses: ad philippēses: ac de spū scō ad corithios: deqꝫ ceteris theologie mysteriis alibi tanq̄ oracula firmissima fūdit: uno uerbo cōprehēdā. Siquis diligēter sacras litteras legerit: xpianam legē diuina uirtute cōstare fateri coget. Si qdem nr̄i heroes stabiles herēt imobili fundamēto: clari mēte: uolūtate feruētes uerbis simplices: atqꝫ certi: actione indefessi: inuicti pposito. Ceteri anxie nimiū rati unculas p ambages aucupāt: atqꝫ ut inqt dauid: tāq̄ impii circuitu quodā oberrāt: neqꝫ sui: neqꝫ aliorꝫ duces sufficiētes. Deniqꝫ si religionis maxie ppria est puritas: hec certe diuinissima est: que neqꝫ uiles posteriorum iudeorꝫ supstitiones: & spurcissima talmut deliramenta: neque obscenas: & iniquas gentiliū fabulas: neqꝫ abominabiles maumethensiū licentiā: & alcorani ineptias admitit: q̄ neqꝫ terrena pmia: ut leges alie: sed celestia pollicetur: neqꝫ aduersarios fidei legisqꝫ sue interfici iubet: quemadmodū iussit talmut: et alcoranum: sed uel ratione doceri: uel oratione conuerti: uel patientia tolerari. Que ut in primitiis christianorum re ipsa manifestissime apparuit: non modo amputat uitia: sed extirpat: uirtutesqꝫ psuadet operando priusquam suadendo. Talis enim illorum conditio: sorsqꝫ fuit: ut non aliter persuadere potue-

sint q̄ & uirtutes: & miracula exercēdo uirtutes. Pre terea nō ambitionis aut uoluptatis: aut trāquilitatis humane: sed dei solius gratia ardēter exercet: totum q; hunc mundū pessundat: & pro nihilo habet ut mūdū alterum consequatur.

Auctoritas xp̄i nō ab astris: sed a deo est Cap. ix.


Ommunē religionē neq; a stellis: neq; ab hominibus qbusdā: neq; a morbo eē: sed a deo atq; humāe spēi cōi natura in theologia nostra ꝓbauimus: in presētia uero xp̄ianā legē non esse: seruariq; a fato quodā syderum breuiter sic ostendimus. Aduentus christi tanq̄ diuinus ab initio mūdi predictus a prophetis sybillisq; fuit: nō in astrologia peritis: sed diuinitus inspiratis. Adde q̄ solent sphere celestes tanq̄ cause uniuersales: atq; remote particulares ī terris effectus: nō absq; cōmodis quibusdā mdiis ad finē ꝑducere: humana uero omnia non modo nō subministrarunt cōmode xp̄ianis: sed ānos trecentos ꝑrsus aduersata fuisse tradunt̄. Vnde cū paulus apud lucam rome disputās cum iudeis dixisset: ꝓpter spem israel cathena hac circūdatus sum subiūxerunt iudei: comparatū habemus huic secte ubiq; contradici. ob hoc ipsum sic exclamauit tertulianus. Cū odio sui cepit ueritas: simul ut apparuit inimica est: tot hostes eius quot extrāei: & qdē proprie ex emulatione iudei: ex concussione milites: ex natura ipsi etiā domestici nostri: quotidie obsidemur: quotidie prodimur in ipsis plurimum cetibus: et congregationibꝰ nostris deprimimur. Item. Veritas nihil de sua causa deprecat̄: qa nec de cōditione mirat̄. scit se peregrinā in terris agere: īter extrāeos facile inimicos inuenire. Ceterum gēus: sedem: spem: gratiam: dignitatē in celis habere

lis habere: unum gestit interdū: ne ignorata damnet Quid. n. iniquius q̃ ut oderint homines quod ignorant: ēt si res meretur odiū. Ita utrūq; ex alterutro redarguimus: & ignorare illos: dum oderūt: & iniuste odisse: dū ignorāt: hec ille. Preterea corpales cause leges uel uoluptuosas: uel ambitiosas: uel certe nō plus quam ciuiles inducunt: xp̄iana lex oia hec damnat: uel superat. Item sphere celestes non altius infundere desideriū possunt: q̃ celoꝝ xp̄iana pietas celestes spernit spheras: atq; trāscendit: deūq; adorat solū super celū ut pote: que non nascatur a celo celestibus ue spiritibus: sed a solo sup celesti deo. Innumerabiles homines apud oēs gētes pro christi nomie libēter se uulneribus: certeq; morti solius diuine beatitudinis gr̄a obtulerūt: q̄ndo alias talia celestis motus effecit certamina. Quis sapiēs unquā potuit doctrinā suam sola pietate ad uniuersuz orbem spargere? Ac deus ob solam uirtutē: uel aduersante prisca cōsuetudine: atq; potētia ubiq; credi. Si hec a sideribus ꝑficiscerentur profecto alius quoq; eandem aut similē stellaꝝ necessitatem nascens habuisset Quod nā fatum uniuersi creatorem ipsum esse confirmauit: qui nullā esse fatorum uim docuit: atq; docet. Quomodo igit̃ ipsum fatum sibimet repugnat: et non esse seipsū p̄dicat. Hec ita eusebius confirmauit; qui p̄dicationis euangelice gratia: uel certarunt iā multis ānis uel etiam nunc certāt: quomōdo ad unā uoluntatē: & fidem: & eādem uirtutem animi: uiuendiq; ratiōem diuersis tp̄ibus & tā multi nostra memoria compulsi sunt. Quis mētis cōpos creder̃ unq̄ poterit iuuenes simul ac senes: uiros & feminas: ꝟuos & liberos: doctos atq; idoctos non in uno climate orbis: neq; in eadem hora natos:

sed ubiqz terrarꝝ: & diuersis tēporibus sideribus coa ctos: unam & eandē: nouam atqꝫ inauditā doctrinā & quidem cum periculo mortis patriis ritibus ātepo suisse: & uere philosophie dogmata: duricieꝫqꝫ uiuen di q̄ delicias maluisse. Hec eusebius. Non igitur au diēdi sunt impii qdā: & fati fatui assertores: q in ipso xp̄iane religionis initio pronunciauerūt ipsam cū pri mum annos trecētos sexaginta quinqꝫ ipleuisset rui turam: idqꝫ ēt quodā oraculo firmauerūt. Neqꝫ au deat astrologus aliquis aliq̄n eam defecturā pronun ciare: q̄ nō a tpali celorꝝ motu: sed ab eterna dei stabi litate depēdet q̄ ab initio mūdi usqꝫ ad octauiāi impa toris tpa in ꝓphetarꝝ p̄cōnis populorꝝqꝫ expectatione rerꝝ similitudīe ꝯsistit. Deīde usqꝫ ad nos ānos iā mil le et q̄drigētos septuagitaqꝫ & q̄tuor iuitis celis: ter risqꝫ perdurat. Cuius persecutores primos. s. iudeos deus ob hoc ipsum: ut alias ostēdemus: extermiauit: quam ad diuturna: imaniqꝫ gentilium hereticorūqꝫ persecutione defendit. Nunq̄ igitur poterit r̄ligio hec aboleri: q̄ deum uindicem habet: atqꝫ custodē: etiam si male administretur a suis: & crudeliter ipugnetur ab hostibus: stat. n. regente deo que nō minus a suis male tractatur q̄ alienis. Deniqꝫ si prospere christiāis res humane succedent: cerimonie nō cessabunt: si ad uersa multa cōtingent: crescet tandem hec religio: at qꝫ perficietur. Nam cū extrema quadam: & diutur na aduersitate quōdam orta: adultaqꝫ fuerit: eadem necessario nutrietur: ac prorsus implebitur.

Christi auctoritas absqꝫ miraculis minime fuit. Capitulum. x.



Ed arguendi acriter illi mihi uident̄ magna nime laurenti: qui quottidie tam pertinacit̄ q̄ impudenter

q̃ impudenter noua ad fidē christi confirmandā miracula exigũt. Si.n.rara sunt ꝓdigia sunt: si frequētissime fierent: uel artificiosa: uel naturalia uiderent̃. Sufficiat nobis scire mundũ olim: nō absq; manifestis miraculis tā miraculose: tā miraculosa instituta: & opa cepisse: & ptulisse. Quidq xp̃m fecisse miracula gentiles: iudei: maumethēses nobis ɔcesserũt. Miracula de stella ab oriente: eclypsi solis: ac terre motu: templiqz scissione: & alia multa multis hoīum milibus manifesta discipuli xp̃i tam ī iudea q̃ alibi palam quotidie predicabant: atqz scribebant. Atqz eo quidem tp̃e: quo inumerabiles adhuc superant eoꝝ q cũ moriēte xp̃o uiui: & iā adulti fuissēt: redarguere discipulos illos oīum reꝝ egenos: nisi uera dixissent: facillime poterant. Quonā pacto herodes facinus tā abominabile: & periculosissimum ppetrasset: qñ uidelicet tot infantes: filiũqz suũ interemit: nisi nouo quodam: et stupendo ꝓdigio fuisset pterritus. Quod quidē cum primũ ppetrauit: ad octauianuz scriptum fuit. Audi macrobiũ. Quũ audisset augustus inter pueros quos in syria herodes rex iudeorũ ītra bimatũ iussit interfici filium quoq; eius occisum ait: p̃stat herodis porcũ esse q̃ filiũ. Opere p̃cium est audire primũ: de terremotu inqt.n. Maximus terre memoria mortaliũ extitit motus tyberii cesaris principatu duodecim urbibus asie prostratis: forsitan ille terremotus fuit: qui in iesu christi contigit passione: tum quia dicit eum fuisse talem: ut nũquam sibi similis fuerit: Tum uero qa in asia. & tyberio imperante: ubi scilicet: & quando passus est christus. Scribit eusebius se legisse in commentariis ethnicorum: q anno tyberii decimo octauo solis facta ē defectio: bythinia terremotu cōcussa:

& in urbe nycea edes plurime corruerunt: que omnia his congruunt que in passione saluatoris acciderunt Scribit uero super his & phlegro: qui olimpiadum egregius supputator est in tretiodecio libro ita dicēs. Quarto autem āno ducentesime secunde olimpiadis magna & excellens inter oēs: que ante eā acciderunt: defectio solis facta: dies hora sexta ita i tenebrosā no ctem uersus: ut stelle in celo uise sint: terreq̧ motus in bythinia: nycene urb̄ multas edes subuertit: hec phle gro. Argumentum huius rei: q̄ saluator hoc āno pas sus sit euāgelium prebet ioānis in quo scribitur. Post quintum decimum ānum tyberii cesaris tribus annis dominum predicasse. Iosephus etiam uernaculus iu deorum scriptor circa hec tempora: die pentecostes sa cerdotes primum locorum quosdam sonitus sensisse testatur: deinde ex adito templi repētinam subito eru pisse uocem dicentium: trāsmigrem⁹ ex his sedibus: huc usque eusebius. Quod autem christus passus fue rit āno tyberii decimo octauo: declarat etiā lucas euā gelista: qui āno tyberii quintodecimo christum bapti zatū dicit āno trigesimo iam propiquātem. Compu tat aūt eusebius christū anno quadragesimo secūdo imperii augusti natum fuisse: cepisse uero euāgeliū prē dicare anno tyberii quito decimo. Dionysius ariopa gita philosophorum atheniensium prestātissimus: & apollophāes insignis sophista naturaliūq; rerum sciē tia pol ens eo die: quo iesus occiditur una apud helio polim erant. Hi tūc uiderunt lune globum extra con iunctiōis tempus ab oriente soli mirabiliter incidētē atq; ipsum ab hora nōa usq; ad uesperam supra solis diametrum mirabiliter obsistētem: incidētiamq; eius modi usq; ad solaris corporis finem peruenisse: ac luz
demum

demum ex aduerso diametri resilisse considerauerũt. Cum uero hec preter oẽm nature ordinem contigisse manifeste cognoscerẽt: dionysius prorsus obstupuit: & apollophanes cõuersus ad dionysium exclamauit preclare dionysi: he quidem sunt rerũ uicissitudies diuinarum. Hec dionysius ariopagita scribit ad sapientem polycarpum: rogatq; eum: ut apollophãem ipm ad huc uiuentem: & nõdum christianum conueniat: qui neq; sit negaturus illa preter nature ordinem euẽisse: neq; christianam ueritatez aspernaturus ulterius sed eã humiliter suscepturus. Lactãtius affirmat christum cruci affixũ fuisse martii die. xx. Esculus autem quidã astrologus: q̃uis parum religiosus: asserit tamẽ astrologica cõputatione certum esse ea die: qua christus cruci affixus est: solem in primo arietis gradu: lunam in principio libre fuisse: atq; eclypsim secundum naturam non potuisse fieri: tum quia pleniluniũ erat oportet autem solis eclypsim in nouilunio fieri: tũ qa ab oriente incepit eclypsis illa: cũ ab occidente incipere soleat naturalis eclypsis. Alii solem in piscibus fuisse uolunt in uirgine lunã: idem tamen ab his de eclypsi concluditur atq; ab esculo. Idem ostendũt iudei: q lege sic iubẽte pascha semp quartadecia luna celebrauere: & in pascha iesum imolauerũt: eclypis autẽ fuit Nõ enim licebat tũc in re tam manifesta mentiri: nam in eodẽ seculo: & apud eosdem p̃dicata scriptaq; sũt: in quo: & apud quos miracula eiusmodi euenisse narrãtur. Solius aũt xp̃i gratia miraculum illud factum est in celo: quid enim aut tunc: aut alias miraculosius q̃ christus factũ est: ul' sub celo: ul' supra celũ. De quo preco eius paulus. Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomẽ quod ẽ sup omne nomẽ: ut in nomie iesu omne

genu flectat: celestiū: terrestriū: & infernoꝝ: & oīs lingua cōfiteatur: qa dn̄s iesus christus in glīa est dei patris. Atqꝫ id: quod admirationē exauget: hoc cōfessa tunc est hoīum lingua: postq̄ in forma serui exinaniuerat semetipsum humilis: & obediēs factus usqꝫ ad mortē: mortem aūt crucis. Si absqꝫ miraculis hominē in eiusmodi habitu: ac sorte cōstitutū mūdus summū esse deū cōfessus est: hoc unū miraculorū oīum uincit admirationem. Ego adduci nō possum: nisi miracula multa uidisset: ioannē euange. scriptorem maxīe oīm simplicē: atqꝫ sobriū: tā miraculosa uoce ñ ausū fuisse clamare. Sunt & alia multa: que fecit iesus: que si scribantur p singula: nec ipsum arbitror mūdum capere eos: q scribendi sunt libros. Mitto ꝙ euangeliste sepe aiunt iesum millia infirmorū simul mirifice curauisse: docet nos magnus paulus: qualis illa fuerit apostolorū predicatio: qua populi multi cōuertebant̄: nā corinthiis inquit. Ego fratres cū uenissem ad uos: ueni nō in sublimitate sermonis: aut sapientie annūcians uobis testimoniū christi. Nō eni iudicaui: me scire aliqd inter uos: nisi iesum christū: & hūc crucifixum: & ego in infirmitate: & tiore: & tremor̄ multo fui apud uos & sermo meus: & predicatio mea non in persuasoriis humane sapientie uerbis: sed in ostensione spiritus: & potestatis: ut fides uestra nō sit in sapientiam hoīum sed in potestate dei: sapientiā aūt loquimur inter pfectos: In alia epist. eisdem dicit. Signa apostolatus mei facta sunt sup uos in omni patientia: in signis: & prodigiis: & potestatibus. Sed audiamus eū ad thesalonicēses scribentē. Scitis: ꝙ euangeliū nostrum nō fuit ad uos tantū in sermone: sed in potestate; & spiritu sācto: et plenitudine multa: adeo ne sui oblitus erat pru

dentissimus

dentissimus paulus: aut usqꝫ adeo obliuiosos opinabat populos: ad quos scribebat: ut cõmemoraret: se apud eos fecisse prodigia: nisi fecisset in promptu erat redargutio: & infamia: si forte mentitus esset. De ꝓdigiis a se factis scribit etiam ad romanos: ex quibꝰ & similibus miracula temporibus illis nõ defuisse cõcludimus: quorꝫ uirtute ad exẽplar: lumenqꝫ: immo ad habitaculũ nostrũ edificata tunc est domus dei: q̃ ut ait paulus: est ecclesia dei uiui: colũna: firmamẽtũqꝫ ueritatis: & manifeste magnũ est pietatis sacramẽtum: quod manifestum est: in carne iustificatum est: in spiritu apparuit angelis: predicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptũ est in gloria. Hec ad timotheum. Quid igitur garrimus increduli? quid ulterius procaces efflagitamus? nũ quotidie d'o magno nobiscum sub iudice lis est? num quolibet temporis momento tum singulis nobis: tum posteris: qui similiter querẽt: deus auctoritatem suam redimere miraculis cogitur: & tanquam prestigiator aliquis mercenarius in theatrum prodire ad nutum cuiusqꝫ compellitur. Atq neqꝫ etiã hominem anial natura liberum uiolentis quibusdam signis cõpellere naturale: ac decẽs est: sed inspirationibus: doctrinisqꝫ allicere: uolẽti.n. uirtus: & beatitudo ꝓmittitur: non coacto credendo precipientis auctoritas cõfirmatur: non ꝑquirendo. Quid? ꝙ pauci sunt: qui miracula uidere: paucissimi: qui accipere digni sint. Mirabilia inter hoies cõgrue ut plurimum adeo fiũt per animas hominum a corporibus ualde seiunctas: deoqꝫ cõiunctas tanq̃ per istrumenta: imergite igitur uos in corporis lutũ anie misere: sic celestia cernetis miracula. O quam stulte optatis inclinato in terram capite uideẽ sublimia: rapi por

tentis in altũ uultis: nõ uirtutum gradibus scandere: quid miraculosius: quid diuinius in terris q̃ animus oĩno sui corporis dñs: iperiũ hoc experiamur: si possumus: possum⁹ ãt si uolumus: tũc nõ mõ cernem⁹ miracula: sed ipsi pficiemus. Ego certe arbitror nobis etiã non merentibus: sepe uariis in locis mirabila quedam signa diuinitus fieri: sed nõ patent omnibus omnia. Multa etiam nõ scribuntur: uel scripta qdem nõ creduntur: cuius quidẽ ambiguitatis occasionẽ dare uidentur nõnulli homines admodum detestabiles: qui imitatione uerorum: falsa prodigia introducũt. Imitatio: & uerisimilitudo necessario rem uerã sequũtur: quã si quis imitetur: & representet: nõ esset introductus nũmus adulterinus: nisi quãdoq; legitimus fuisset nũmus: nõ essent falsa cõficta miracula: nisi ex ueris miraculis homines ad ipsorũ imitationẽ fidemue inuitati fuissent. Miracula: que aurelius augustin⁹ se uidisse: & grego. narrat: talia sunt: ut fide carere non debeant. Audiui equidẽ nõnulla nostris seculis: atq; etiam in urbe nostra florentina mirabilia: simul & credibilia ↄtigisse: sed quedã occultiora. Illud certe multis hominũ milibus: qui & uiderunt: & adhuc uiuũt manifestissimum: qd ancone anno dñi. M. CCCC. LXX. factũ a multis fide dignis accepimus. Puella q̃dam ppter pessimã quandã neruorꝝ cõtractionẽ: a primis incunalibus gradiendo natibus pro cruribus utebatur. Preterea bidellus florentinus ppter fauciũ: pectorisque contusionẽ multos annos loq nihil potuit: ambo cũ diue marie eodẽ in loco se suppliciter cõmendassent: sani protius euaserũt: omni pp'o multis ãnis noti fuerãt ĩfirmi: & postea iã q̃tuor annos cõtinue oĩ populo sani. Noli laurẽti mirari: ꝙ marsili⁹ ficin⁹ philosophie

losophie studiosus miracula ītroducat: uera.n.sūt: q̄ scribimus: ac philosophi officiū est rōnibus ꝓpriis sin/gula cōfirmare. Sūt aūt proprie reꝝ naturaliū rōnes: que secūdū naturā sunt: diuinaꝝ uero: q̄ sup naturaꝫ hmōi sunt: tū metaphisice ꝓbationes: tū uel maxime miracula. Deus.n.nō tantū uerbis quantū mraculo/sis opibus mysteria sua ꝓbat: & precepta confirmat. unde illud. Si uerbis nō uultis credere: opibꝰ credite.

Auctoritas apud gentiles. Caput.xi.



CHristiana miracula nemo negauit unq̄: licet illa nōnulli ad demonū uim retulerint: nesci entes demones uel sui cultū: uel uitia tandē pestiferasq; dissensiones ꝑsuadere solere: hec autem a christianis illis heroibus alienissima. Atqui quonam pacto potest ea religio ortum a demonibus habuisse: que demonū cultū damnauit: euertitq;: ip/sosq; dēmones & fugauit: & fugat. Vniuersus pene or bis christū subito coluit: atq; colit: exceptis paucis cir cumuagis feneratoribus: q auaritie penitus mancipa ti: de diuinis recte sentire nō possunt. Profecto genti les oēs cōsenserunt: iesum: aut deum ipsum fuisse: aut certe diuinū. Milesius apollo cōsultus ita cōmenda/uit christū. Mortalis erat corpore: sapiens prodigioꝝ effector: sed sub ducibus chaldeis armis comprehen/sus: clauis: fustibusq; amaram mortem passus est. Por phyrius in libro de responsis inquit. Christū dii maxi me pium pronunciauerunt: imortalemq; euasisse asse ruerunt: benignum admodū de illo testificantes. Ad iungit hecatem deam interrogantibus de christi aīa respondisse. Viri pietate prestātissimi est illa aīa: hāc colunt a rigiditate alienam: & post multa subiūxit he cate: christus ipse pius in celū sicut pii cōscendit. Huic

ergo ne derogaueris : concedit ipse porphirius: christum: & sapientem: & pium fuisse : q̄uis christiãos partim indoctos: partim magos nomiet: tũ ueritati: tum sibi ipsi manifeste repugnans. Tertullianus i apologetico scribit: ꝙ cũ pilatus ad tyberiũ iperatorem đ christianoꝝ dogmate referret: tyberius rettulit ad senatũ ut christianoꝝ sacra inter cetera sacra reciperent. Verum cum ex cõsulto patrũ: christianos eliminari urbe placuisset: ex eo ꝙ nõ senatui prius huius rei iudiciũ delatũ fuisset. Vetus. n. erat decretũ: ne qs deus abiqꝫ senatus auctoritate cõsecraretur: tyberius per edictũ accusatoribus christianoꝝ miatus est morte: multi senatoꝝ: & eqtũ romanoꝝ iterfecti. Cõfirmat eadem euse. Vespasianus: ac titus: auditis christi operibus eius potentiã timuerũt. Adrianus: sicut iulius capitolinus narrat: statuit christo templa facere: eumqꝫ inter deos recipe: ideoqꝫ templa abſqꝫ simulachris in omnibus ciuitatibus fieri iussit: que hodie iccirco: qa nõ habent numina: dñr adriani: que ille ad hoc paraſſe dicebat: sed ꝓhibitus est ab iis : qui cõsulẽtes sacra repererãt: oẽs christiãos futuros: si id optate euenisset & tẽpla reliqua deserenda. Alexãder seuerus tẽpla fieri christo statuit: sed nõ successit: orabat in matutinis in sacrario suo corã statua christi. Hec capitolius. Sed audi qd de adriano referat eusebius. Quadratus discipulus apostoloꝝ: & aristides atheniẽsis philosophi libros pro christiana religione adriano dedere cõpositos. Et serenus grauius legatus : uir apprime nobilis litteras ad iperatorẽ misit: iniquũ esse dicens: clamoribus uulgi inocentiũ hoium sanguinẽ cõdemnari: & sine ullo crimie: nominis tantũ & secte reos fieri. Quibus cõmotus adriãus minunio fundão ꝓconsuli scribit: sine

bit: sine obiectu crimis christianos nō condēnandos: cuius epistole usqȝ ad nostram etatē durat exemplū Hec euse. Antonius pius cū audisset christianos hoc frequenter uti puerbio. Quod tibi fieri nō uis: alteri ne feceris: pscrutatus est christi uitā: eiqȝ statuā tanq̄ deo sacrauit. Reor eqdem ad hoc maxime inductum fuisse a iustino philosopho: qui ei libꝶ pro nostra reli giōe cōscriptum dicat. Philippus ex impatoribus pri mus christianus fuisse ab euse. traditur: supiores. n. ie sum nō solum: sed cū ceteris diis colebant: sed si om- nes populū suū magis q̄ deum ueriti fuisse uidentur. Cōstantinus deniqȝ cum christi miracula in rebus su is manifestius fuisset expertus: deum magis q̄ populū timuit: solumqȝ christū & palam adorauit: idoloruȝ templa subuertit: christo templa passim preciosa edi- ficauit. Hec de illo scribit euse. qui illius tempore flo- ruit. Principes aūt illos: qui atrocius in christianos se uiebant: crudeli quadam natura: & temeraria ptur- batione potius q̄ ratione iustitie inductos fuisse con- stat: siquis insanos illos nerones: domitianosqȝ: qui- bus illis temporibus abundauit roma: cōsideret. Qui bus damnatoribus tertullianus inquit: sectam no- stram gloriari debere: quia non nihil grande aliquod bonum ab illis damnari potuerit. Tales uero semper insecutores nostros fuisse iniustos: impios: turpes: ab omni populo damnatos. Modestiores uero principes erga christianos honestius se gessisse. Sed quicunqȝ principes pre ceteris immanissime seuierunt: ut nero domitianusqȝ: miserabiles penas dederunt. Vt ob- mittam: ꝙ christi proditor iudas repente laqueo se su spendit: quid illis temporibus christi discipuli pu- blice dixerunt: atqȝ scripserunt? Preterea ꝙ pontius

pylatus christi condemnator tandem in multas in-cidens calamitates se manu propria interfecit: quod apud grecorum : romanorumq̄ historicos legisse eusebius asserit. Similis herodis primi exitus fuit: qui se ipse peremit: similis & secundi : qui statim post iacobi necem: carceremq̄ petri percussus ab angelo: ut lucas testatur: periit: atque ut iosephus inquit : ui dit angelum suo capiti insistentem : exitiiq̄ sui mi-nistrum deinde grauiter cruciatus uitam uiolenter abrupit. Adde q̄ aurelianus imperator cum primum aduersum christianos p̄secutionem mouisset : fulmīe primo territus est: mox occisus. Iulianus quoq̄ apo-stata in persas proficiscens: christianum post uictoriā diis sanguinem uouerat: sed in ipso itinere fame : siti-q̄ exercitum perdidit: ipse etiam ignominiose est in-terfectus: diochitianus seipsum peremit: maximianus turpiter est occisus. Neq̄ silentio pretereundum arbi-tror: q̄ celsus epycureus: porphyrius quoq̄ & iulianꝰ proculusq̄ platonici: & nonnulli alii doctrina insi-gnes: qui partim insana quadam arrogantia: partim ut suis populis: ac potentibus obsequerentur: contra christianam pietatem: linguam suam : calamumq̄ im pie armauerunt: dum contra illam potentium: ac un-diq̄ arma seuirent: proculdubio re ipsa declarauerūt neq̄ illos religionis nostre patres ullo pacto contem nendos fuisse. Quibus cū certamīe congredi illustres philosophi dignabantur: & a q̄bus conuicti sunt : ne q̄ religionem ipsam ui hūana fuisse exortā: que tam mirabiliter hūanam sapientiā: & potentiam sup̄auit: quod apud ysaiam deus predixit. Perdā sapientiā sa pientū: & prudentū prudentiā reprobabo. Et paulus apostolus cōfirmauit dicens. Sapiētia huius mundi:
stultitia

stultitia est apud deum. Quod stultũ est dei: sapiẽtius est hominibus: & quod ĩfirmum est dei: fortius est hominibus. Atq; alibi strenuus hic christi miles in hunc modũ clamat. Arma militie nostre non carnalia sunt sed potẽtia deo ad destruẽdum munitiões: & cõsilia: & oẽm altitudinem extollẽtem se aduersus dei sciam insup ad redigendum in captiuitatẽ quemlibet intellectũ in obsequium christi: atq; ad omnem inobedientiam promptiꝰ ulciscendã. Merito igitur hec arma timuit gamaliel magnus hebreorũ doctor: quando cõsuluit: ne iesu disciplinã ꝑsequerẽtur. Si enim ex deo esset: ĩpediri nõ posse: si ñ esset ex deo: sicut cetera figmenta: que illis temporibus contigerant: breui tẽpore duraturam. Timuit quoq; illa diuius ille plotinus platonicorũ pricceps interpretum numenius: iamblicꝰ & amelius: qui christianã theologiam nõ reprobare: sed emulari potius studuerũt. Timuit hisdem ferme temporibus: & multo magis illa arnobius aphricãus rhetor clarissimus: qui cum adhuc idolatra ad crudelitatẽ christianam somniis compelleretur: neq; ab episcopo fidẽ impetraret: quam semper ĩpugnauerat: elucubrauit aduersus pristinam religionem: ut hieronymus ait: luculentissimos libros: ac tandem ueluti quibusdam pietatis obsidibus impetrauit.

¶ Christi auctoritas apud maumethẽses. Cap. xii.

Maumethenses christiãi quodãmodo esse uidẽtur: quãuis heretici arrianoꝝ: manicheorũq; sectatores: confitetur certe rex eoꝝ maumethes: iesum xp̃m dei uirtutẽ: sapiẽtiam aiam: flatũ: spiritũ: uerbũq; afflatu quodã diuino: ex maria uirgine perpetua natum: suscitasse mortuos aliqua miracula plurima p̃ ceteris diuinitus effecisse: su-

iſſe cunctis hebreorũ prophetis ſublimiorem: nullum
q₃ hebreos poſt ieſum habituros prophetam: cunctis
quidem uiris eum anteponit: mariã oibus mulierib⁹.
Addit corpus ieſu incorruptum in celum adſcendiſſe
chriſtianos longo interuallo iudeis antepõit: iudeos
admodum deteſtatur. Hec in libro eius alcorano oia
Unde ſectatores illius iudeos ſuis ſacris nõ prius ini
ciant q̃ ſacramẽta chriſtiãorũ antiqua: uera: & bona
eſſe cõfiteantur. Et qui maumethis ſepulchrũ uiſunt
niſi etiam chriſti ſepulchrũ uiſerint: non dũ ſatis puri
ficati exiſtimant. Qui chriſti uł marie nomẽ contume
lioſe commemorat: ab eis ſeuere punitur. Religioſo-
rum genus habent aliud helie: aliud ioanni baptiſte:
aliud: & id quidẽ precipuũ ieſu chriſto dicatum: cele
brãt prophetas: & euãgelia: didicerunt enim a mau-
methe in alcorano: alcoranũ eſſe hebraicorũ prophe
tarum: euangeliiq₃ affirmationem: atq₃ declarationẽ.
Legitur ibidẽ: neminẽ fore perfectum: niſi teſtamẽto
ueteri: nouoq₃ paruerit: & alcorano inſuper: ꝙ ſit con
gregatio: & declaratio utriuſq₃. Quotiẽs euangel uz
noiat: quod facit ſepe: totiẽs ꝓprio cognomẽto librũ
appellat lucidum: aliquando etiã euangelium addit
eſſe lumẽ teſtamenti: caſtigationem rectamq₃ uiam ti
mentibus deum. Inducit preterea in alcorão deũ ita
loquentẽ. Cum ꝓphetas alios aliis prefecerimus: eoſ
q₃ allocuti fuerimus: chriſto marie filio animã noſtra₃
ꝓprie conferentes: uim atq₃ uirtutẽ pre ceteris prebui
mus. Duo aũt precipui maumethis errores eſſe uiden
tur. Alter ꝙ quamuis in chriſto diuinitatẽ quanda₃
ponat: longe maiorem q̃ in cunctis hoibus: uł preſen
tibus: uel preteritis: uel futuris: uidetur tamẽ alicubi
uelle diuinitatem illã eſſe a dei ſummi ſubſtantia di-
ſtinctam

tinctã:atq; minorem:quod quidem ab arriãis acce-
pit:sed in hoc secum ipse pugnat:epitheta enim :que
christo attribuit:diuinitatem eius eandem esse: atq;
summi dei significãt. Alter maumethis error: & qui
dem manifestior est:ꝙ quando satellites illi sacerdo-
tum:qui coniicere manus in iesum conabãtur: cecide
runt:deus ut maumethes putat:repẽte:& clam iesuz
in celum rapuit. Illi cum surrexissent :aliũ quẽdã iesu
similem cõprehendẽtes uerberauerũt:& cruci affixe-
runt:hoc a manicheis accepisse uidetur. Nihil opus ẽ:
ut errores huiusmodi confutẽ:quicũq; enim arrianã:
& manicheam heresim confutauerunt maumethem
quoq; confutasse uidẽtur. Concludere possumus xpi
anam legem apud oẽs sectas gentiliũ:iudeorũ:mau-
methensium: re uera oĩum excellentissimam esse con
cedi. Quisq; enim istorum:quãuis affectione quadã
nature:consuetudinisq;:uel fictiõis ꝓpriã heresim ce
teris preferat:christianã tamen :excepta sua :reliquis
anteponit. Itaq; cum sincere iudicaretur:cunctis abs
q; controuersia preferretur.

¶ De generatiõe filii dei in eternitate. Cap. xiii.


Mnis uita prolem suã penes se ipsa prius ge
nerat q̃ seorsum:& quo prestantior uita est
eo interiorem sibimet generat prolẽ. Sic ui
ta uegetatiua taz in arboribus q̃ in aialib⁹
semen quasi arborem:& quasi animal in corpore pro
prio prius generat:q̃ aut iaciat extra:aut arborem in
de:animal ue externum producat. Sic sensitiua uita:
q̃ est uegetatiua prestantior per phantasiaz in se simu
lachrum : intentionemque rerum parit priusq̃ men-
bra moueat:& in externa materia fabricet. Sed fet⁹
ille phãtasie prius:quia in ipsamet aĩa est:ideo ꝓpin-

quior est anime q̃ fetus uegetatiue uite: qui non fit in anima: sed in corpore. Sic uita ratiõalis: que est excellentior q̃ sensitiua parturit in se ipsa rationē tum rerum tum sui ipsius quasi fetum priusq̃ uel loq̃ndo: uel agēdo promat in lucē: primus ille rationis fetus ꝓpinquior est anime q̃ phantasie fetus. Vis enim rõnalis in fetum suũ: perq; illum in se ipsam reflectitur actũ suum seq; ipsam querendo: cognoscendo: amando: qđ non efficit phantasia. Sic angelica uita excellētior q̃ rõnalis: notiones sui ipsius: & rerum: diuino quodã instinctu promit in se: anteq̃ depromat in mundi materiã: proles hec interior est angel o q̃ rationi suaqa neq; ab eternis obiectis sigillatim incitata est: neq; mutatur. Quamobrem diuina uita: quia eminentissima est: & fecundissima omniũ multo magis ꝓlem sui simillimã q̃ reliqua generat: ac eã in se generat: priusq̃ pariat: extra generat inq̃ intelligendo: prout pfecte deus intelligendo seipsum & in seipso omnia pfectã totius sui: & omniũ notionē concipit in se ipso: que quidē equalis: plenaq; dei imago est: & exemplar mundi sup plenum. Hanc palladē appellauit orpheus solo iouis capite natam: hunc dei patris filiũ plato in epistola ad hermiam nominauit: in epinomide nuncupauit logo idest rõnem: ac uerbũ dicēs: logo omniũ diuinissim⁹ mundũ hunc uisibilē exornauit. Mercurius trismegistus de uerbo: & filio dei: ac ēt de spiritu sepe mentionem facit. Zoroaster quoq; intellectualē deo prolē attribuit. Dixerunt isti quidē: qđ potuerunt: & id quidem adiuuante deo: deus autem hoc solus intelligit: & cui deus uoluerit reuelare. Dei fecunditas: quod est bonuz actu infinitum per immēsi boni: eterniq; naturam ab euo se actu propagat infinite: quicquid au

tem est

tem est extra deum finitum ē: se igit̄ deus ꝑpagat ī se ipso: ubi certe infiniti patris īfiniti est filius. Oportet autem huiusmodi ꝓlem multo magis ītimam: ut ita dixerim: esse deo q̄ angeli notionē illam āgelice mētis In angelo quippe cum sit esse aliud q̄ intelligere: notio: que generatur intelligendo: aliud est q̄ angeli ipsius essentia. In deo autem: quia esse & intelligere idē sunt: notio quam deus semper intelligendo seipsum gignit: semper tanquam exactissimam sui ipsius imaginē idem essentia ē: atq; ipse: qui generat: quamuis mira quadaȝ relatione tanq̄ genita distinguatur a generante. Deus deniq; p eternam huiusmodi notionē cognoscens ab euo se ipsum infinitū bonum: per eandem ab euo infinitū in se ad seipsum spirat amorem. Pater ergo: & filius: & spiritus amatorius: tres a theologis persone uocant̄: natura quidē diuina inter se conuenientes omnino: ita ut unicus: & simplex deus sit: sed relatione quadam incogitabili differētes. Sic in ordine reꝝ duo habemus extrema: & media duo: in angelo quidem quolibet una: ut quidam uolunt: persona angelica est in una specie sue nature: atq; ecōuerso. In femina non pregnāte plures ꝑsone ī naturis pluribus: atq; contra in quolibet aīali nature in una persona sunt plures: in deo autem plures in una natura persone. Sed de his satis ad presens: immo uero nū q̄ satis: contēplationis autem huius sufficientia non a philosophis: sed ab heroicis illis christianorum ducibus: & adeo petenda. Recte enim ysaias ait Quod oculus non uidit: quod auris non audiuit quod ī cor hois nō ascendit: deus iis: qui eū diligunt: reuelauit.

¶ Ordo celorum: angelorum: animarū esse trinitatē quasi spherarum circa centrum. Caput. xiiii.


Vper quatuor elementa: que secundū substantiam: & qualitatē mutabilia sunt: celi semper sunt planetarū: qui nō substantia: sed quodāmodo qualitate quadam uel dispositiōe quasi mutātur. Quoniam uero horū motus quasi erraticus ē: celū illis octauum suppōitur: cuius magis ordinatus est motus: sed celū illud duos habet motus: ab oriente scilicet ad occidentē: atq3 ecōuerso. Duas quoq3 saltem qualitates: candorē scilicet & splendorē: iccirco ab illo ad cristallinū ascenditur: cuius mot⁹ est simplex ab oriente. Qualitas quoq3 simplex: idest candor: sed quoniā motu supior status est: & candore superius lumen: ideo ab hoc ascēditur ad empireū omnino stabile: totūq; lucens: empireū stabilitati: luciq3 trinitatis recte accōmodatur: nouem reliqui: nouē ordinibus angelo℞. Sunt eni quemadmodum dionysio ariopagite placet: hyerarchie tres spirituū diuinorū: qua℞ quelibet tres continet ordines. Quilibet ordo: ut theologi qdam computant: multas cōtinet legiones: legionē ex sex milibus sexcentis sexaginta sex unitatibus constare putant: totq3 legiones in singulis ordinibus esse: quot unitates legio ipsa complectitur. At ego dyonisio magis assentior dicenti: tantam esse illorum spirituum multitudinem: ut facultatem humane computationis excedat. Vna dei essentia in ternarium deducitur numerū personarum: ternarium hunc numerum ternarius hierarchiarum: & nonarius angelicorum ordinū: quasi spiritalium spherarum numer⁹ circuit. Prima hyerarchia patri: secunda filio: tertia spiritui attribuitur: in prima seraphini patrē in seipso ɔsiderant: cherubini prēm ꝑ ut filium generant: throni patrem cum filio spiritum

producentem

producentem. In secunda dominatiões filiũ in seipso uirtutes filiũ a patre manantẽ: potestates filiũ cũ pa- tre spiritum producentez. In tertia principatus spũm in se ipso: archãgeli spũm uenientem a patre atqꝫ filio angeli spũm a filio p̃reqꝫ dependentem. Quamuis ãt singuli (sicut diximus) alia: & alia ratione ꝑcipue de um intueantur: singuli tamẽ trinitatem totam: & in ea oia uident. Habent (ut uult dionysius) aliã insup differentiam. ꝙ prima hyerarchia liquorem suũ a so la haurit trinitate: secunda per primã: tertia per secun dam: atqꝫ primam. Item seraphini diuine prouidẽtie ordinem in dei bonitate speculantur tanq̃ fine. Che- rubini in dei essentia tanq̃ forma: throni deniqꝫ in se ipso: reliqui ad opera iam descẽdũt. Sed dominatões uelut architecti precipiunt: quod reliqui exequãtur. Virtutes iam exequnt̃: mouẽtqꝫ celos: & tanq̃ instru menta dei ad miracula faciẽda concurrunt. P̃tãtes ar cent ea que ordinem diuine gubernatiõis perturbare posse uidentur: ceteri iam magis ad humana descen- dunt. Principatus publica curãt: gẽtes principes: ma gistratus. Archãgeli circa singulos diuinum dirigũt cultum: sacrisqꝫ intersunt. Angeli minora disponũt singuli singulis custodes adsistunt. Quemdamodum uero nouẽ sunt angelorum ordines: sic in nouem or- dines distribuuntur anime beatorum. quelibet enim ad eum ordinem: eumqꝫ spiritum tanq̃ suum (ut pla to inquit in thimeo sidus ascendit) cui se in uita simi lem reddidit. Quamuis emim anime nr̃e dum sunt in corpore quartam sub luna hierarchiam efficiant: pos sunt tñ ꝑpter liberũ rõnalis nature morẽ p oẽs spũs bẽignos ascẽder̃: & descẽder̃ p malignos: ꝑserti cũ me diũ rerꝫ oium teneãt: ideoqꝫ oium in se q̃sdã contine

ant qualitates:quo fit ut latissima sit ꝓgressio anima
rum. Elysiorum finis est lūa:uite:mortisq; (ut pytha
gorici uolunt)confiniū:sub ea quicquid est morti :&
inferis deputatur:ubi q̄si tot gradus penarū sunt secū
dum malignorum spūum turbas:quot premiorū sūt
in celis secūdum ordines benignorū. Nouies enim mi
seros styx interfusa coercet: sicut beatos campi elysei
nouies amplectuntur.


Generatio filii in eternitate:& d'claratio i tpe. C.xv.



Nte mundi tpalis initium est mundus eter
nus. mundi q̄dem huius exemplar: mundāi
uero architecti rō & intelligibile uerbū :glo
rie quoq; ipsius splendor:& figura substan
tie. Verbū huiusmodi semper penes deum est:atq; est
ipse deus:per hoc diuina ptās ab eterno dicebat ipsa
secum:tū seipsam reliqua:tum cūcta:ac dicēdo impri
mebat intrinsecus:per hoc aliquando expressa sūt ex
trinsecus tā secula q̄ que in seculis omnia. Diuia hec
oracula post mysteria ꝓphetarum celestes illi spiritus
ioānes euangelista:& paulus apostolus hoībus funde
re de celo. Defecit autem a deo qn̄q; genus humanū
neq; sine deo poterat unq̄ in deū resurgere: quod ad
ima ceciderat. resurgere autē quādoq; mentes huma
ne debebāt:ne frustra a deo create fuissent: que ab eo
create consequēdi ipsius gratia fuerāt. Per dei uerbū
formati quondā hoīes fuerant:p uerbum idem refor
mari debebāt:& merito per intellectualis enim uerbi
lucem depellenda erat caligo intellectus humani:per
rōnem dei rōnale animal emendandum. Ergo statu
tis a dīna uoluntate tēporibus:creauit deus per uer
bum rōnalē quandā hoīs animam:quā eodē momē
to tenero fetui uirgīalis uteri p dinū spiritū cōcipiētis
cōiunxit.

cōiunxit. Momento quoqꝫ eodē uerbum ipm natu-
ram assumpsit humanā: atqꝫ ferme: sicut ex anima i-
mortali: & mortali corpore homo factus est unus: ita
ex hoie illo ac dei uerbo factus ē christus deus: & ho
mo. Sic infinita bonitas: que se cōicare uult omnibus
tunc modo quodam aptissimo se ipsam cunctis cōica
uit: quando sibi coniunxit hominem: in quo tanq̄ in
media rerū spetie cuncta cōprehēduntur: neqꝫ muta
uit tunc sedē suā diuina maiestas: cū sit semper ubiqꝫ
neqꝫ se ad hūana quasi per defectū deiecit diuia sub
limitas: sed hūana ad se potius eleuauit. Neqꝫ infini-
ta diuini solis lux ex adiūctione hominis ullo modo
infici unq̄ potuit: sed homo inde sp illustrari: ac perfi
ci: atqꝫ ut in hoie augeri: & minui: sic ad corpus perti
nent: ut in animā nunq̄ penetrēt: ita in christo hūana
pati ꝑprie ad hominē ꝑtinebat: in diuinitatē non pe
netrabat. Christus igitur ut homo patiebatur huma
na: ut deus diuina operabatur.

¶ Conueniens fuit deū se homini iūgere. Cap. xvi.


Vr olim deus homo factus est: ut hō quādo
qꝫ quodāmodo deus efficeret. Deus enim
quodāmō fieri potest: qui naturali instictu
cupit: studetqꝫ esse diuinus. Nō potest auteꝫ
in deum surgere nisi deus aliqn̄ ita trahat: ut surgat:
queadmodū ante traxerat: ut appeteret: sed rē hanc
ab alio principio repetamus. Summus opifex sūmum
manifestūqꝫ dbet opus efficere: tale uero illud ē: quo
maius effici neqt. Tale igit manifeste deus summus
facere debet opus hoc: uel icreatū solūmō est: uel crea
tum: uel ex utrisqꝫ cōpositū. Primū quidem illud nō
manifestum opus est: sed opifex ipse: solus eni deus ē
qui ab alio nō dependet. Secūdum uero cum oio fi-

nitũ sit: ab in finito deo spatio distat imenso: & ĩfini-
to. In hoc certe spatio tã ratiõe iterualli ipsius: q̃ etiã
ratiõe infiniti dei: opus ad huc aliud: rursusque ali-
ud p̃stãtius semp effici potest. Nulla igit̃ creatura sim
plex potest opus illud summum esse: quod nos queri
mus: sed ita deuz opus huiusmodi sũmopere reperire
cõfidimus: siquid unũ reperiat̃ ex summo creatore si-
mul: & creatura compositum. Ratiõe quidẽ creature
illud dicitur esse opus: ratione autem creatoris imen-
sum opus huiusmodi de⁹ facere potest: & scit: & uult
est enim deus potẽtia: sapientia: bonitasq̃ imensa: cõ
iungi igitur quandoq̃ creatori debuit creatura. Que
sup rationalem animã sunt: solũ eterna sunt: q̃ infra
illã: temporalia solum: ipsa uero partim quidem eter
na: partim etiã temporalis. Deũ imitatur unitate: an
gelos intellectu: speciẽ ꝓpriam ratiõe: bruta sensu: nu
tritiõe plãtas: essentia carentia uita. Est igitur anima
hoĩs quodãmodo omnia: quod in theologia nostra
latius disputauimus: presertim cum sit in corpore ex
oĩum uiribus composito: celiq̃ instar temperatissimo
Decet ãt deo cõmuni oĩum duci uniuersam creaturã
quodãmodo iungi: nõ quidẽ sparsim: quia deus sum
ma unitas est: imo uero summatim: nature igitur hu
mane deus uniat̃ oportet: in qua sunt oĩa. Si eni illis:
q̃ supra eã sũnt tanq̃ creataꝝ reꝝ extremis iũgeretur:
neq̃ ad media rerũ: neq̃ ad alia extrema coniunctio
eiusmodi pertineret. Smiliter si illis: que infra nos sũt
iungeret semetipsũ: ꝑfecto infinita unitas opera sua
uniuit sũmopere: & inuicem: & ad ipsam: cum ab ini
tio in hoĩe cuncta ꝯcluserit: deinde sibi deuixerit hoĩ
em. Forte ab ea q̃ supra diximus ꝓpheta abachuc in
quit. Opus tuũ dñe in medio annoꝝ uiuifica: illud in
medio

medio annoꝝ notũ facies: cũ iratus fueris: misericor-
die r̃cordaberis. Quia uidelicet in media rerũ specie q̃
ex utrisq; seculis: euo scilicet: temporeq; componitur:
opus illud impletur. Addũt aliq in medio quoq; mũ
di cursu: uolũt enim decẽ annorum milibus non mũ-
dum: sed mundi cursum prorsus expleri: siqdem mo-
tus quietis gratia sit istitutus: atq; in medio hoc mun
di cursu: deũ se hoibus ostendisse. ut aduẽtus eius eq̃
ab utrisq; seculoꝝ distaret extremis: ne ul' expectatio
futuri aduentus nimiũ protraheretur: uel p̃teriti me-
moria prorsus aboleret. Sed tẽpora deus uiderit tem
porũ tẽperator. Si bonitatis proprium est diffundere
& cõmunicare se ipsam: deus cũ sit infinitum bonum
omnes debet cõmunicationis modos iplere: ii uero q̃t
tuor esse uidentur. Secundum presentiam: uirtutem:
unitatem essentie: unitatem p̃sone. Primus impletur
in omnibus: ubiq; enim deus adest. Secũdus per om-
nes formas etiam minimas propagatur: nã omnis for
ma efficacem a deo aliquam habet uirtutem: materia
uero ipsa non habet. Tertius intra deum fit solum:
non potest enim essentia dei essentia alterius fieri: alio
quin uel quod infinitum est: finitum fieret: uel quod
est finitum: fieret infinitum. Quartus cõmunicatiõis
modus fieri nequit in rebus ratione carentibus: qui-
bus enim natura deest omnino cognitio: amorq; dei
unio diuina secundum personam non conuenit. Ex
angelo quoque ac deo unam fieri personã non est ne-
cessarium: angelis quippe miseris nullum superest re-
medium: cum penitentia desit: ceteris angelis satis ẽ
ad beatitudinem suam ãtiqua illa luminis diuini pos
sessio. Quod quidem lumen in seraphinis: seraphin⁹
quodãmõ fit: in cherubinis ẽt cherubinus: similiterq;

in aliis perinde: atque solis lumen: dū per uitra diuersoꝝ colorum transit: in colores uarios se transformat deus aūt in homine hominem reddit diuinū merito. Sicut enim in rebus naturalibus ex materia ultia formaq; suprema fit cōpositum naturalium prestantissimū: ut animal rationale: sic ferme in rebus diuinis ex supremo spiritu atq; ultimo scilicet deo & hois anio efficitur diuinū assumptū omniū prestantissimū. Nō satis erat homini ad hoc ut suscitaretur radius menti eius diuinus infusus: nam propter sensus a mente digreditur. Oportuit igitur in homine quodam scilicet iesu ita diuino ipsi soli animū iungi: ut in corpus ipsius: & ad sensus hominū copia radiorum exuberaret.

Qualis coniunctio sit dei & hominis. Cap. xvii.

QVoniam unio dei ad hoiem secundū psonā diuinā potiusq̄ secundū diuinam naturā facta ē: ideo cū unitur homini uerbū: nō oportet patrem similiter: spiritūq; uniri: qui licet natura cōueniant: differunt tñ inter se ꝓprietate psone. Sicut ergo in trinitate tres psone in eadem natura existunt: sic in christo psona una in tribus existit naturis: deo: animoq; & corpore: atq; ibi homo cōparat ad deū: quemadmodū manus ad animā: imo lingua ad intellectū. Non enim fit deus ꝓprie naturalis hois forma: sed homo fit propriū: cōiunctumq; istrumentū dei ad opera dei ꝓpria excellētissime pagenda. Nō sunt aūt due in christo psone: sed una: scilicet persona uerbi cōiuncta: non psone hois: sed nature. Sicut etiā rationalis ania in suo esse existit: pque eius esse existit & corpus: ita dei filius: & multo magis in esse psone sue existit: atq; ad illud naturā extollit humanā. Proinde queādmodū uerbū nostrū mente cōceptū isensibile est:

bile est: extra uero uoce prolatũ fit sensibile: ita mẽtis diuine uerbũ ab euo in deo iuisibile pmanet: sed per assumptionẽ hois factũ est uisibile. Est igitur christus uerbũ: qđ ab euo diuia mens se: omniaqꝫ secũ intelligendo intra se loqtur iam spiritu diuino prolatum: & corpus humanũ quasi uocẽ assumens: diuināqꝫ audientibus significans uoluntatẽ. Tantũ uero diuinam cuiqꝫ uoluntatẽ significauit: quãtũ quisqꝫ capere poterat. Cunctis aũt quantũ si i breui hac uita exerceãt beatitudinẽ largitur eternã. Multa quidem precepta & preclarissima tradidit: sed paucis omnia comprehẽdit quando iussit. Te toto deum ama: homines ama sicut te ipsum: quod tibi fieri non uis: aliis facere noli

Quã decens dei hominisqꝫ coniunctio. Cap. xviii.

NOn minus ferme est deformia reformare q̃ formare simpliciter: ab initio si quidẽ nõ minus est bene esse q̃ simpliciter esse. Decuit igitur deum oĩum effectorem pficere que defecerant: & quẽadmodũ per insensibile uerbum cuncta creauerat (quid. n. aliud creature sunt: quã cogitationum dei quasi quedã uoces extra prolate) ita per uerbũ quodãmodo iam sensibile factum sensibilia reformare. Quoniam uero deus cuncta facit potenter: sapienter: beniuole: decuit ita restituere illa: ut potentiã sapientiã: beniuolentiãqꝫ ostenderet. Quid potẽti⁹: q̃ extrema in unã psonã: & infinita ad summa redigere: Quid sapientius: q̃ uniuersi decorẽ mirã prime & ultime rationis copulã fieri: Quid beniuolẽtius q̃ deum uniuersi dñm ob serui deliquẽtis salutẽ: serui formam assumere: Si ergo & declarauit: & fecit: ut nihil esset in mundo deforme: nihil penitus ɔtemnendũ cũ regi celorũ terrena cõiunxit: atqꝫ ea quodãmodo ce

lestibus adequauit. Preterea: quoniã homo a deo ce
ciderat potentissimo: sapientissimo: benignissimo: ic
circo in ĩbecillitatẽ: ignorantiã: malignitatẽq3 corrue
rat: ꝓptereaq3 ex pio ꝓfanus euadens: ineptus iã peni
tus erat ad diuinã uirtutẽ imitandã: ad lucem cogno
scẽdam: ad bonitatẽ deniq3 dirigendã. Vt ergo hõ ex
hac ruina rursus ascẽderet ad sublimia: cõgruentissi
mum fuit sublimẽ deũ ex alto huic manũ porrigere:
hac uidelicet ratiõe: ut se ipsum huic uisibilẽ: amabilẽ
imitabilẽq3 efficeret. Nullus ad hoc aptior modus: q̃
ꝙ deus fieret homo: ut hõ: qui corporalis iã factus cor
poralibus inhiabat: deũ iam quodãmodo: et corpora
lem: & humanũ clarius cognosceret: & amaret arden
tius: facilius quoq3 & diligentius imitaretur: fieretq3
beatus. Postremo hõ curari pfecte nõ poterat: nisi re
cuperaret mentis inocentiam: dei amicitiã: suã excellẽ
tiam: que soli subiecta deo fuerat ab initio secundum
naturam. Neq3 excellentiã adipisci poterat: nisi cura
tor esset deus: cui soli homo secundũ naturam subest:
neq3 dei amicitiã: nisi per congruũ quendã conciliato
rem: qui manũ ad utrunq3 posset extendere: & utrisq3
extremis esset cognatus quodãmodo: & amicus nul
lus est talis omnino: nisi sit deus simul & homo: neq3
innocentiam: nisi culpa dimissa: quã dimitti sine satis
factione iusticia non permittit. Satisfacerẽ pro uniuer
so hominũ genere solus poterat deus: pati tamen neq3
decebat: nisi hominẽ: qui peccauerat: neq3 de⁹ ipse po
terat. Cõsentaneũ itaq3 fuit humanũ genus per deũ
factum iam hominẽ emendari: proinde neq3 excellen
tia cõparari poterat: nisi per curatorem excellentissi
mum: neq3 amicitia reconciliari: nisi per amicissimum
conciliatorem: neq3 recuperari inocentia: nisi per satis

factorem

factorem sufficientissimũ. Excellentissimus aũt cura-
tor solus deus est: amicissimus cõciliator est hõ: suffici
entissimus satisfactor ille proprie uidetur esse: qui pa
riter est deus & homo. Valde igitur humane curatiõi
congruũ fuit: quod ioannes ait: diuinũ uerbũ huma-
nam induere carnem: ut genus humanum quẽadmo
dum per eternum uerbum creatum fuerat: deserendo
autem inspiratum uerbum in culpam ceciderat: si per
uisibile uerbum a culpa redimeretur.

Aduẽtus xp̃i dat btitudinẽ: fide: spe: caritate. C. xix.

NEmo beatitudinẽ: q̃ in diuina cõsistit cõtem
platione conseq potest: nisi deũ ardenter ãet
ardenter amare deũ neqmus: nisi speremus
eũ q̃nq; asseq posse: sperare nõ ualemus: ni-
si prius credamus tũ deũ esse: tũ nos deo posse q̃nq;
frui. Deus igitur pr̃ hoĩum & curator aliq̃ndo miris
modis indutus hũanitatem: se nr̃is sensibus obtulit:
ut p ipsos sensus: qbus plurimũ utimur: & cõfidimus
corpus eius miraculaq; cernentes esse deũ certiores ef
femus: hinc fides exorta est scie fundamentũ. Qui ue-
ro crediderit eũ curandi hũani generis gr̃a i molẽ cor
poris descendisse: oĩa iam uel maxima se a deo spera-
bit impetraturũ. Quisqs tanta beneficia parti uidet:
partim sperat: nisi penitus uecors: ingratusq; sit: nõ
amare nõ põt. Rursus: cũ deũ itelligas aĩo cõiunctũ
fuisse quadã unione psone: sperare debes animũ pos-
se aliquãdo deo cõiungi quadã opationis unione: in
qua sũma beatitudo cõsistit. Desiderare quoq; de-
bes deo pre ceteris inherere: qui soli hominis animo:
corporiq; se prorsus infudit. Proinde quia deus ho-
mini absque medio se coniunxit: meminisse oportet:
nostram felicitatem in eo uersari: ut deo absque me-

dio hereamus: & quia inter equales animicitia est: dũ consideras deum quodãmodo se hõi adequasse: neqȝ animicitiã dei erga te negare: neqȝ tuã erga deũ desere re debes. Desinant igitᷓ iam desinãt hoies sue diuinita ti diffidere: ob quã diffidentiã mortalibus seipsos im mergunt. Reuereantur seipsos tãquã diuinos: spent qȝ se posse ad deum ascendere: quado quidẽ ad eos di gnata est quodammodo maiestas diuina descendere Ament toto pectore deũ: in quẽ transformenᷓ: q ob ingentẽ amorẽ se mirabiliter in hoĩem trãsformauit.

Aduentus christi ad pecci grauitatem leuandam uti lis fuit. Caput. xx.



Ita corporis anima est: aie uita deus. Nature ordo exigit: ut corpus anime: aia deo pareat iustitie ordo reqrit: ut si a deo dissentit aius: taliõis pena dissentiat copus ab anima: atqȝ sensus a rõne. Rebellauit a deo primi parentis anius rebellauit corpus: ac sensus ab eo: rebellio prima pec catum fuit: secunda pena quedã peccati fuit. atqȝ pec catum: quoniã rõni derogauit: et deo. Complexio af fectioqȝ rebellis a primo quasi sapor quidã ꝑfluxit in oẽs: q inde q̃si riuuli a fonte manarunt. Hoc igitᷓ origi nale uitium est ceterorum malorum anime corporisqȝ origo: hoc uolumina illa hebreoꝝ testificãtur: quorũ diuinitatẽ testificatur summa illorum pre ceteris anti quitas: cõsensio pene omnium: propagatio p uniuer sum: duratio ĩdefessa: concordia: maiestas: sobrietas: & miracula. Hinc illa magoꝝ a zoroastre descenden tium opinio: omnia. s. corporis mala a malis anime ꝓ ficisci: animaqȝ curata cetera mala uitari. hoc plato in timeo quidem innuit: in carmide uero declarat. Verũ: ut ad ꝓpositum reuertamur: rebellio eiusmodi

quoniam

quoniā infiniti dei derogauit maiestati: mortales ad infinitam beatitudinē ineptissimos reddidit: neq; dirigi: nisi p infinitum deū poterant. Dirigēdi tñ aliqñ erant: ne frustra a deo fuissent ab initio ad beatitudinem ordinati. Per uoluptatē commissum est peccatū per conrrariū uoluptatis dolorē purgandū. Peccauit semel omnis quodāmodo humana natura in hoie illo: qui uicem gerebat omniū: pati similiter semel quodammodo debet ois in aliquo: qui uicē quoq; oium gerat: qui lōge magis cū deo ɔsentiat q̄ ille dissenserit Oium uero uicē post adā sol⁹ ille gerere potuit: q deo pētus iūctus esset oium ɔditori: fuit igit de⁹ simul et hō de⁹ ut oēs cōplecteret̄: īfinitāq; culpā posset diluer̄ homo ut pati pro culpa posset: atq; ut pateret̄ homo quēadmodū peccauerat homo. Sic et illius hois pena meritūq; ui aliquā habuit infinitā: inq̄tū re uera deo iūctus fuerat īfinito. Infinito aūt quodāmō supplicio meritoq; op⁹ fuerat: ad īfinitā culpā penitus diluēdā.

Christus pfectū instructiōis genus ipleuit. Ca. xxi.



Diuina prouidentia nullum erga filios suos institutiōis genus pretermittere uoluit. Est autem institutio duplex: p doctrinā uidelicet: et exemplū. Doctrina pfecta est: de qua iure dubitari non debet: qualis in solo deo esse ɔceditur. Misit igitur pater deus ad hoies preceptorem aliquem: qui deus esset: ne de doctrina eius dubitare deceret: adde & qui esset homo: ut ipse omnia humana officia uere exeq posset: oēsq; p hōesto deoq; perferre labores: quo exemplo homines perfecte instrueret ad uirtutē. Opera enim multo magis q̄ uerba mouēt: in disciplina presertim morali: cuius finis pprius uersatur in actione. Esse illū deū declarauerunt miracula:

ut fidem apud dociles doctrina eius haberet: esse uero hoiem passiones humane declarauerunt. Nullus igit nobis nisi pertinaces nimiũ esse uelimus: excusationi locus uidet esse relictus: si doctrinã eius q̃si minus ueram insoléter respuere nitimur: diuinitas miraculaq̃ reclamant: si tanq̃ nobis supra modũ dura hũanitas: laboresq̃ magistri: & ducis illius oñdũt hoibus possibilia esse q̃ pertulit homo. Deniq̃ quia delictorꝶ summa i eo cõsistit: q corporalib⁹ nimiũ inheremus: a spiritalibus ue discedimus: christus uite magister per doctrinam: uitãq̃ suam quasi gladium & ignem immisit in mundum: hoc est uirtutem purgatoriam: animiq̃ purgati: ut oẽs corpalium uitiorum fomites resecaret ad uiuũ: atq̃ cõsumeret. ipse quoq̃ singula ultro libenterq̃ tulit: que ceteri fugiunt tanq̃ mala: pegrinationem: inediam: sitim: nuditatem: infamiam: contumelias: uerbera: breuitatẽ uite ignominiosam mortẽ: & acerrimã. Fugit autẽ singula q̃ tanq̃ bona ceteri prosequuntur: ut hac ratiõe nobis ostẽderet: neq̃ mala uera esse: que mala uocamus: neq̃ bona: q̃ uocam⁹ bona: nihilq̃ in rebus corpalibus esse: quod ullius p̃cii censendum sit: sed quicquid preter deũ est: tenuis umbre somniũ extimandũ. Cũ aũt oibus: que a mortalibus optantur: tanq̃ bõa careret: solis certe miraculis: solus ipse in orbe terrarũ in hãc usq̃ diem meruit: & meruit subito: ut deus sũmus existimaret. Prophetas hebrei sanctos homines uocant gentiles uiros excellentes: cũ deos nomiant: diuinos iam factos: et dei ministros intelligũt. Maumethenses regẽ suum maumethẽ filiũ abdale: filii abdalmutalibis arabie regis purũ quidem hoiem: sed dei nunciũ esse credũt: talẽ quoq̃ ipse uocat in alcorano. Addit se in ui armorꝶ:

christum

christū in uirtute miraculorum missum a deo fuisse: deū q; hominibus iesum: & mariam miraculū effecisse. Merito solus christus stupendis operibus meruit: quod neq; principes hoc tum minis: tum beneficiis contendētes. Neq; zoroaster: pythagoras: empedocles: apollonius theancus: aliiq; multi philosophi sapiētia mirabili: et longa uita consequi potuerunt. Quis pythagoram iamblicus chalcideus longa disputatiōe: apolloniū uero philostratus eloquentia: porphyrius argutiis: multi pricipes fauore pro uiribus celebrauerunt

Christus errores expulit: ueritatē aperuit. Ca. xxii.



Ante christi aduentū per uniuersū pene orbē plures colebant dii: immo demones: sacerdotesq;: & illi quidē mali: qd' enomaus philosophus confitetur. Quis non uideat illos fuisse malos: q nihil de animorum purgatione curabant: de terrenis consulebant solum: ac terrena semp a cultoribus exigebāt. Sacrificia iubebant obscenissima: & crudelissima fieri: responsisq; suis discordias q̄ plurimas seminabant. Colebant passi deorum. i. beatorum loco tyranni uiuentes. colebantur anime partim incontinentium: partim hominum iniquorum: his immanissimis monstris olim genus hominum premebatur. Non hercules armatus ea: sed christus inermis tunc extinxit: cum malignorum demonū uim retudit. Scribit plutarchus: barbarorum opinionē esse: aereos demones: p turbationes: mortēque pati posse. Testimonia quoque multorum adducit: quod certis signis compertum fuerit: tyberio imperāte: pana magnū demonem: multosque alios demonas māifeste enim lasse demona etiam obiisse: pculus ēt platonicus esse id posse pbat. Nos autem scimus christū eo ipso in tēpo

re adisse libũ: atq; resurrexisse. Plutarch⁹ p̃terea scri
bit: oracula tẽporibus suis uno: uel duobus exceptis:
toto iam orbe extincta. Audi qua uoce de hoc por-
phyrius conquerat̃: Postea inquit q̃ iesus colit̃: nihil
utilitatis a diis consequi possumus. Si dii sunt: o por
phyri: quare uiribus suis iesu uirtutem non depri-
mũt. Sed audiam⁹ magnum illum tertulianũ apud
romanos iudices sic orantem. Agatur huc iudices
aliquis sub tribunalibus uestris: quem demone agi
constet. Iussus a quolibet christiano loqui spiritus il
le: tam se demonem confitebit̃ de uero q̃ alibi deũ de
falso. Aeque producat̃ aliquis ex iis: qui de deo pati
existimantur: nisi oẽs eiusmodi spũs se demones con-
fessi fuerint xp̃iano mentiri nõ audentes: ibidẽ illius
christiani ꝓcacissimi sãguinẽ fundite. Quid isto opere
manifestius? quid hac ꝓbatione fidelius? simplicitas
ueritatis in medio est. uirtus illi sua adsistit: nihil sus
picari licebit magia: aut aliqua eiusmodi fallacia fie
ri. At qui omnis hec nr̃a in illo dñatio et potestas de
nomĩatiõe xp̃i ualet: ita de contactu: deq; afflatu no
stro etiã de corpibus nostro ĩperio excedunt inuiti: &
dolentes: & uobis p̃sentibus erubescẽtes: credite illis
cum uerum de se loquunt̃: q mẽtientibus creditis. Ne
mo ad suũ dedecus mentitur: qn potius ad honorem
christianis ad probandã ueritatẽ cogentibus se deos
palam esse negãt neq; alium deũ respõdent p̃ter unũ
cui nos mancipamur: huc usq; tertullianus. Lactan
tius scribit suis tẽporib⁹ hoc publice quotidie comp
tũ fuisse. Cũ gentiles suis demonibus ĩmolarẽt: si assi
stebat aliqs cruce signatã frontẽ gerens neq; responsa
poterat consultus reddere uates: neq; poterãt demo
nes in uisceribus⁹ bestiaꝝ futura depigere: atq; hãc fuis
se causam

se causā inqt precipuam malis regibus xp̄ianos perse quendi. Non enim aduertebant signo crucis tanq̄ po tentiore: demonas tanq̄ debiliores in de fugari. Meri to socrates: plato: & uarro q̄uis latenter pp turbā su perstitiones gentiliū deriserūt iesus deniq; illas pdidit ne hoies pderent. Greci atq; romāi paulo ante xp̄i lu men ceperant aristipi: epicuriqʒ contagiosa impietate magis i dies magisq; corrūpi. Innūerabiles xp̄i exēplo martyres ubiqʒ gētiū ptim illiterati: pti litteratissimi cū p̄sētem uitā dei unius: futureq; uite gr̄a ꝓrsus con temnerent. Cōtra aristipicū epicureumqʒ uenenū me dicinā hominibus salluberrimā porrexerūt. Preterea iniquissime apud multas gentes leges extabāt. Perse matres suas nephandis nuptiis cognoscebāt. Hūanis scyte carnibus uescebant̄. Carthaginenses aliiqʒ per multi homines: immo et filios iugulatos demonibus sacrificabāt. Massagete: ac derbices ꝓpinquos: & affi nes suos cū cōsenuissent imolabāt carnesq; eoꝝ epula bantur. Bactri canibus ad hoc ip̄m nutritis senes obi ciebant. Scythe eos: q a defunctis amati fuerant: ui uos infodiebāt. Tibareni uiuos seniores suos precipi tare. Hircani: caspiiqʒ rapaci auiū generi: canibusqʒ ꝓiicere soliti: illi uiuos: isti mortuos. Hec & multa ge neris eiusdē prius religiosissime faciebāt. Sola deide christi: discipulorūqʒ illius p̄dicatiōe undiqʒ truculē tissima hec pestis expulsa: factum est etiam: ut paucio res: uel corripiant̄ a demonibus: uel a se ipsis iterimā tur. Iudei ante xp̄i aduentum (ut plurimū) legis mo saice: ꝓphetarumqʒ suoꝝ solā superficiē attingebāt. Christus aūt eiusqʒ discipuli ꝑfectissime docuerunt ꝓfundos diuie mētis sensus liceis: imo diuinis oculis penetrare: qđ etiam iudeus philo testatur: ubi de ɔtē

platione disputans cõmendat acumẽ: & sanctimoniã christianorũ. Prisca gentilium theologia: in qua zo-roaster: mercurius: orpheus: aglaophemus: pythago-ras consenserunt: tota in platõis nostri uoluminibus continetur. Misteria huiusmodi plato in epistolis ua-ticinatur: tandẽ post multa secula hoibus manifesta fieri posse. Quod qdem ita contigit: nã philonis: nu-meniiq; tpibus pmũ cepit mẽs priscorꝝ theologorꝝ in platõicis chartis intelligi: uidelicet statim post apl'orꝝ apostolicorũq; discipulorũ conciones: & scripta: diui-no enim xpianorum lumine usi sunt platonici ad di-uinũ platonem interpretandum. Hinc est: ꝙ magnus basilius: & augustinus ꝓbant: platonicos ioãnis euã-geliste misteria sibi usurpauisse. Ego certe reperi pre-cipua numenii: philonis: plotini: iãblici: proculi mi-steria ab ioãne: paulo: yerotheo: dionysio ariopagita accepta fuisse. Quicquid enim de mẽte diuina ange-lisq;: & ceteris ad theologiam spectantibus magnifi-cum dixere: manifeste ab illis usurpauerunt.

¶ Xp̃stus est idea: & exemplar uirtutũ. Cap̃. xxiii.

QVid aliud xps fuit: nisi liber quidam mora-lis: immo diuine philosophie uiuens de celo missus: & diuina ipsa idea uirtutum hũanis oculis mãifesta. Huc igitur oẽs: huc inq̃ fle-ctamus oculos: atq; mentẽ: hic uerã sapiam nos doce-bit: q rudes olim homunculos subito reddidit sapien-tes. Hic rectam iustitiam: qui nihil possedit ꝓprium: atq; qđ suum est: deo: & hominibus tribuit: deo qdẽ paternam: & plusq̃ paternam uenerationem: hoibus uero fraternã bẽiuolẽtiã: atq; curã. Hic magnãimita-tẽ: fortitudinẽq; p̃stantissimã: q nihil in terris cõcupi-uit tanquam magnũ: nihil timuit tanquã durũ. Hic

temperantiam

temperãtiam singularem:in quo uix primi animi mo tus:& illi qdem remissi:& decẽtes apparuerunt. Hic mãsuetudinẽ incredibilem:qua supbiã societatis hu mane:pestẽ penitus expellamus:qs enim mãsuetior il lo:q cũ summus oium esset: se ifimis adequauit. Hic ardentissimam in oés homines caritatem: qui nõ sibi tantũ:uerũ etiã toti hoiuꝫ generi uixit:q & mortuus est libẽter:ut ceteros a morte redimeret. Hic & contẽ plãdi:& agẽdi regulã pfectissimã:q sepe curãdis hoĩ um:erroribus atqꝫ morbis sepissime rebus diuinis cõ tẽplãdis icubuit. Hui⁹ uite testes nobis sũt scriptores qdem ab initio plures:oiumqꝫ grauissimi. Imitato res uero q̃ plurimi:& mũdus deniqꝫ uniuersus: osten dit se christus publice hominibus breue tempus. Nõ enim quo ad illũ decebat ultra:& illud nobis sufficie bat:tot uero patrauit miracula:ut ioãnes dicat:si scri berẽt singulati:ne mundũ qdem ipsum libros capere posse. Vitã eius ut pote celeberrimã:cunctisqꝫ mira bilẽ plures q̃ q̃tuordecim scripsisse tradunt. Soli tñ il li in usu sunt:aut aliqñ fuerunt:q nõ humana.sed di uina scripsere manu. Quales sunt mathe⁹:marc⁹ : lu cas:ioãnes:mathe⁹hebraice scripsit:cui⁹testũ hebrai cũ hieronym⁹ inqt:tpibus suis i bibliotecha pãphili extare:sibi ẽt factã fuisse transcribẽdi illius facultatẽ a nazareis q in bersabe:& p syriã hoc uolumie utebã tur.Panthenus ẽt stoicus xp̃i martyr cũ usqꝫ ad indiã interiorem xp̃i uerba predicãdo penetrauisset. iuenit ibi tũ bartholomei apostoli semina. tũ ẽt mathei he braicũ euãgeliũ:secumqꝫ attulit. Hec eusebius:reliq tres:qui dicuntur euãgeliste: grece scripserunt. Lege batur quoqꝫ apud antiquos xp̃ianos quinti euãgeli ste euãgeliũ:quod secundum hebreos appellabatur

probatum satis ab ignatio: ac origene: & ab hierony
mo ex hebraica lingua in grecā: latinamqꝫ conuersū
hec ab hieronymo. Atqꝫ in hoc uel maxie christiana
elucet ueritas: ꝙ christianorū cetus ab ipso exordio
haud temere quoslibet scriptores admittit: sed sāctos
simplies sobrios: et ꝗelectissimos. Qui uero ex primis
illis in precio sunt: partim christum ipsum: ptim eius
discipulos audiuerunt: q & si diuersis linguis: tempo
ribus: locis scripserūt: & alter alterius scripta non ui-
derūt: nisi forte ioānes: eadē tamē ubiqꝫ duce uerita
te confirmauerūt. Apparet interdum in illis quasi dis
sona quedā in rebus minimis dissimilitudo: nunꝗ re
uera cōtrarietas. Vnde simpliciter uidetur alter seor-
sum ab altero historiā conscripsisse: nullus tamen ho
rum seorsum a ueritate. Miracula uero tam multa ꝗ
magna: tā publica: tot annos in iudea: & ierusalē ubi
facta dicūtur: predicauerunt: ut ↄstet illos uerissima
predicauisse. Quonam pacto falsa asseuerando obti
nere in re tam ardua: inter homines eruditissimos po
tuissent: unde nam admirationi essent: si pugnātia in
ter se dixissent: nisi duces illi re uera inuicem cōueīssēt
christianum regnū fuisset subito dissipatum. Euāge
liste: & apostoli de christi uita: doctrinaqꝫ cōmuniter
multa dixerunt: & qsqꝫ propriū aliqd in medium at
tulit. Siue enim quilibet uniuersa dixisset: superflu-
us uideretur numerus ceterorum: siue singuli quedā
solum: atqꝫ noua continuatio: & auctoritas historie
tolleret. Certe id: quod mirum est: talia sunt: mathei
marci: luce: ioānis: petri: pauli: iacobi: iude scripta: ut
in rebus principalibus plures testes adsint. Ac si te-
stes omnes audiamus: nihil superflue: & importune
repetitum uideamur audisse.

¶ Auctoritas

Auctoritas sibyllarum. Cap.xxiiii



Arro philosophus in libris diuinarũ rerum decem sibyllarum noĩa: tpa: patrias diligenter cõmemorat: atq3 ad id scriptores multos testes adducit. Affirmat preterea libros sibyllinos fuisse apud romãos in sacrario ɔditos: ubi a qndecim uiris: & quibusdam sacerdotibus ad hoc destinatis custodiebantur. Addit iulius romanos sex libros illos cumee regnãte tarquinio a quadã anicula cõcrematos restituisse ex aliarum sibyllaꝝ uersibus: quos missis per orbẽ legatis diligentissime collegerũt tres igitur libri apud eos erant cumee: reliqui aliarum. Hi uero libri nullo titulo: seu nomĩe: cuius haꝝ essent: discernebantur: preterq̃ erithree: que carmini nomẽ suũ inseruit: carmina hec romani de rebus maximis cõsulebant: neq3 cuilibet licebat aspicere. Maroni tamen augusti: lactantio: costantini familiaritate legere pmissum existimo: aliisq3 nõnullis magnis: doctisq3 uiris: impatore interdũ: & custodibus cõcedentibus. Lactantus ergo cõstantini familiaris testionia sibyllaꝝ: que dẽ christo adducit: ex eaꝝ libris: qui tunc extabãt: roma nondũ a quoq̃ expoliata: accipe potuit. Scripsit aũt illa ad cõstantinũ. Non igitur illi mentiri licebat: uel docto iperatore: uel ceteris eruditis: qbus tũc tam italia q̃ grecia abũdabat: ac nõ nulli adhuc christianos scriptores: uel in mimis grauiter calũniabantur. Nõne uirgilius in eisdem sibyllaꝝ libris legit: que prophete et euãgeliste de christo loquũtur: & quod maximũ est: cognouit cumee sibylle promissa ex textu: ut opinor: sibylle ipsius illis conuenire temporibꝰ: in quibus natus est iesus: q̃uis ille: ut pollioni adularetur: ad eius filium nup natũ nomine sa

Ioninum oracula sibylle torqueret: quorum nihil salomi no: qui puer obiit: neqz egit quicq̄ congruere potuit: congruit aūt qcquid ibi legit iesu: qui tēporibus illis est ortus. Sed quid illic uirgilius reperit (tali uidelicet quodā tempore) quale illud fuit: fore: ut in ipsa ulti ma expectationis etate magnus qdam ordo nasceret̄ ab integro seculorum euo dependens. i. eternus fili⁹ ab eterno patre dependens: aliqn̄ etiā nasceret̄ in tēpore. Quādo. s. uirgo floreret: aurea rediret etas. i. ex uirgi ne filius pulularet: & etas uere: beateqz doctrīe uige ret: ac noua ꝑgenies celo demitteret̄ ab alto. Hec uer ba exponunt antecedētia: cognoscimus. n. sibyllā ex uirgine puerum illū nasciturum prenūciasse: quoniā adiū xit eā esse ꝑgeniē nouā. i. nouo modo nascentē: neqz ex terra: sed ex celo: id est deo: in quo erat: ab euo ꝑfi ciscentem: carmīa ipsa uirgilii huiusmodi sunt. Vltia cumei uenit iā carminis etas. Magnus ab integro se clorum nascit̄ ordo. Iā redit & uirgo: redeūt saturnia re gna. Iā noua ꝑgenies celo demittitur alto. Arbitror equidē uirgiliū huiusmodi carmīa ex talibus sibylle uerbis qualia pauloante narraui: cōtexuisse. Subiun git uirg. que apud sibyllā legisse opinor. s. eo nascēte ferreā etatē in aureā reditur ā: atqz eo tpe secus eui fu turum. Totū hoc ad purgationē animorum: doctrināqz christi ptinere uidetur: & uestigia prisce fraudis irrita fore legerat puto apud sibyllam. Nūc originalē culpā quam ab initio diabolica fraude concepimus: deleri debere: ipse tamē cū mysteria huiusmodi nequaq̄ in telligeret: uerba sibylle ita carmine cōponebat: ut ali um quendā sensum preferre uiderentur. Subiūgit ma ro. Quod huiusmodi progēies deū uitam accipiet: di uisqz uidebit: permixtos heroas: & ipse uidebit̄ illis

Pacatumq; reget patriis uirtutibus orbē. Videtur ibi legisse prolē illam fore deū deo natū : dei patris uirtute uniuersum mūdū gubernaturꝫ: & iudicaturꝫ: nihil q; diuinorꝫ sibi fore secretū: ipsumq; angelos oēs ministros habiturū. Addit poeta eodē tpe casurꝫ serpentem: & fallacē ueneni herbam: & post multa addicit. Pauca tamē suberunt prisce uestigia fraudis: quo sensu hec uirg. scripserit: nescio: satis est nobis: φ habuit a sibylla: quā nequaq̄ intelligebat: opa prolis illius: serpentem. i. malū demonē ruiturꝫ: domādamq; fore herbā uenenosam: atq; fallacē: idest dēmonū uim: que ante cristū hominis falsa religiōe: q̄si uera fallebat: & ab initio illos serpentis habitu: & plante cuiusdā occasiōe dcepat. Tentat demō adhuc anias post christū licet nō ita cōsequatur: ut ante: & ob hoc dictū fuit. Sup fore pauca fraudis uestigia. Porphyrius etiā cōfitetur mortales a malignis demōibus in scelera: falsasq; religiōes induci cōsueuisse idq; diligenter in libro dē abstinentia disputat. Preterea progeniē illā uirgi. sic alloquitur. Aggredere o magnos: aderit iā temp⁹ honores. Cara deū soboles magnum iouis incrementū. Credo poetā hubuisse a cumea homiem illū expectatissimū: sobolem dei fore: nō uiri: & id quo nihil maius exprimi pōt. Magnū dei incrementū fore: id est p paginem dei eternā: propagationēq; ipsius usq; ad tēporalia: atq; sensum: per quā dei regnū. i. beatorū numerus cresceret. Tantā fuisse scio in marone prudentiam: & modestiā: ut existimare nequeā: eū tam uasta hypbole erga infantem filiū priuati ciuis pollióis usurum fuisse: nisi talia quedā supra modum ingentissima sibyllinis carminibus hausisset. Sibylla etiam de simplici hoie: q nō esset de⁹: tā miranda nequaq̄ pnū

ciasset. Sed audi q̃ supbã uirg. adiungat hypbolem. Aspice cõuexo nutantẽ pondere mundũ. Terrasqz: tractusq; maris celumq; pfundũ. Aspice uenturo letentur ut oia seclo. Forte sibylla scripserat sobolẽ illam dei ab elementis: celisq; honorandã. Honorauit aũt iesũ celũ eclypsi: aer ignisq; crinite fulgore: aq̃ cum dictis eius paruit: pedesq; sustinuit: terra motu: cũ tyberio imperate cruci affixus fuit. Postremo exclamat poeta: q̃uis quid petat ignoret. O mihi tam longe maneat pars ultima uite. Forte sibylla: quod & pphete optauerunt: diem christi uidere optabat: ac tum primum uita decedere: qp cũ symeon optasset diu: fuisset qz in senio consecutus exclamauit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderũt oculi mei salutare tuũ: & que sequunt.

Testimonia sibyllarum de christo. Cap. xxv.

Libros sibyllinos: sicut in supioribus dixim? senatus romanus habebat. In illis lactãtius impatoris cõstãtini familiaris quedã legit manifeste ad christũ dei filiũ ptinentia. Primum quidẽ illud erithree: ubi deũ p̃dicat nutritorẽ oium: creatorẽqz: qui dulcem spiritũ oibus tribuit: ac principem oium deoꝝ fecit: rursusqz ait: ipsum dedit de? fidelibus hoibus honorandũ. Et alia sibylla precepit hunc oportere cognosci dicẽs: ipsum tuum cognosce deũ: qui dei filius est. Hoc est qd̃ legitur apud dauidẽ dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Itẽ: ex utero ante luciferꝝ genui te. Item: dixit dñs ad me filius meus es tu: ego hodie genui te: & apud salomonẽ: deus cõdidit me in uiarũ suarꝝ initio in opa sua ante secula: fundauit me in principio ante q̃ terram faceret: & paulopost: cũ pararet celos aderã illi: & reliqua. Col-

legit

legit preterea lactãtius de christi opibus: & morte ex sibyllinis libris talia: mortuorum resurrectio erit: claudorum cursus uelox: surdus audiet: ceci uidebũt: loquẽtur nõ loquẽtes. Quod etiã ita cecinit isaias: confortamini manus resolute genua debilia: consolamini q estis pusilli animi: nolite timere: nolite metuere: dominus noster iudiciũ retribuet: ipse ueniet: & saluos faciet nos: tunc aperientur oculi cecorũ: & aures surdorũ audient: tunc saliet claudus sicut ceruus: et plana erit lingua mutorũ: qa rupta est in deserto aqua: & riuus in terra sitienti: quod baptismi tempus significat. Verum sequamur: quod collegit lactantius ex sibyllis: Panibus simul quinqz: & piscibus duobus hominũ quinqz milia in heremo satiabit: & reliquias tollens duodecim cophinos iplebit in spem multorum: uentos cõpescet uerbo: sternet insanum mare pedibus pacis: fideqz calcans fluctus pambulabit: morbos hominum resoluet: uiuificabit mortuos: arcebit dolores a multis: oia uerbo agens: omnem infirmitatẽ curans Miserabilis: ignominiosus: informis: ut spem miserabilibus prebeat: in manus infidelium iniquas ueniet: & dabunt dõ alapas manibus incestis: et in puro ore expuent uenenata sputa. Dabit uero ad uerba simpliciter sanctũ dorsum: & colaphos accipiẽs tacebit: ne quis agnoscat: qđ uerbũ: uel unde uenit: ut mortuis loquatur: & corona spinea coronabit: ad cibũ aũt fel & ad sitim acetũ dederũt. Inhospitalitatis hãc monstrabũt mẽsam: ipsa. n. isipiens gens tuũ deũ nõ itellexisti ludentem mortaliũ mentibus: sed spinis coroasti & horridũ fel miscuisti. Templi uero uelũ scindet: & medio die nox erit tenebrosa nimis tribus horis: & mortis fatũ finiet. Tribus diebus somno suscepto: et

tunc a mortuis regressus ad lucē ueniet: primus resur rectiōis pricipio uocatis ostenso: qñ hec pfecta erunt: que dixi i ipsum oīs lex soluetur. Itē alibi dicit a sibyl la: iudeoꝝ beatū futuꝝ genus celestiū uidelicet pp ex celentiā christi: cuius grā multi iudei ipsi adherētes di uini ante alios euaserunt. Adiunxit erithea: dicent si byllā insanā: & mendacē: cū aūt facta fuerit uniuersa tū mei meminerint: neq3 me iā quisq̄ mēdacē dicet dei magna ꝓphetā. Adducit aurelius aug. multa erithee sibylle carmīa in latinā linguā trāslata: que uidit gre ca apud flaccianū procōsulē uiꝝ doctrina clarissimū: in quoꝝ capitibus talis erat ordo litteraꝝ: ut hec in il lis uerba legerentur. Iesus christus dei filius saluator: in illis carminibus resurrectio corpoꝝ d'scribitur: mu tatio seculoꝝ: dei aduentus ad iudicandū premia: & supplicia hoīu3 sēpiterna. Talia quedā legūt ēt apd mercuriū trismegistū. Plato quoq3 iterrogatus qua9 tenus in preceptis eius qescēdum esset: traditur respō disse: q̄tenus in terris appareat sacratior aliqs: q fōtē oibus ueritatis aperiat: quē deniq3 sequantur omnes.

De auctoritate prophetarum: nobilitate ueteris testa menti: excellentia noui. Cap̄. xxvi.



Dionysius ariopagita ad sapientem polycar pum scribit: persas babyllōios: egyptios in annalib9 suis adnotauisse tāq̄ miracula: & quasi diuina in sacris suis coluisse: ac colere prodigia illa: que hebrei de statu regressioneq3 celestiū a deo facta per suos narrarunt. Plato solus retrogres sionem: & illuuionem aque ignis ue uastationem non tacuit. Ab iosepho: aristobolo: tertulliano: eusebio te stes ad hec gentilium multi citantur. Berosus scilicet chaldeus: manetus egyptius: hieronymus phenicis ta

rii rex:

rii rex:mendesius:ptolemeus:menander ephesius:demetrius phalerius:rex iuba:thallus:appion:nicolaus molus:damascenus:hesiodus:ecateus:elanicus:acublaus:ephorus : theophilus.manasses ; aristophanes hermogenes:euemerus:comon:zophirus:abidenus: estieus:sibylla:eupolemon:alexander:artapanus:melon:theodorus:philō gentilis:aristeus:ezechielus ; timochares:polyhistor:numenius:chorilus: sachoniato: africanus :alpheus: megastenes. Hi singuli ferme singula:cuncti certe cuncta:que pertinent ad antiquitatem ceteris priorem mirabilia gesta : doctriam summam:hebreorum & miracula biblie cōfirmarūt. Ex quibus apparet:quod clemens alexandrinus:& atticus platonicus : & eusebius ; & aristobolus probant: gentiles uidelicet:siqua habuerunt egregia dogmata & mysteria:a iudeis usurpauisse. Sed que apud illos historia simplici continentur:ab iis in poeticas fabulas fuisse translata:quod phaetontis ruina : deucaliōq declarat ceteraq; q̄ plurima. Plato usq; adeo iudeos imitatus est:ut numenius pythagoricus dixerit:platonem nihil aliud fuisse q̄ moysen attica lingua loquentē. Addit in libro de bono ; pythagoram quoq iudaica dogmata sectatū fuisse. Plato in epinomide scientiarū causam inquit fuisse barbarū quendam: qui primus hec iuenit:post addit:ab egyptiis syriisq; cuncta manasse. Iudea uero ex quadā sui parte:quā galileam plinius uocat:semper in syria a scriptoribus habita est : & ex parte quadam phenicia etiam apud priscos appellatur:ut eusebius probat. Proculus quoq; platonicus theologiā syrianam pheniciamq; ante alias uenerat. Plini⁹ ait:phēices litterarū:et astrologie iuētores fuisse:q ēt chaldeos laudāt:iudeos:q & chal

dei noiati sunt: ut probat lactãti⁹: uidentur extolleř Ob hanc: ut arbitror: rõnem orpheus inqt: deum so li chaldeo cuidã notũ fuisse: enoch uł abrahã: uł moy sen significãs. Volũt platonici: zoroastrẽ ab orpheo significari: hic aũt: ut uult dydimus in genesis cõmen tariis: filius fuit chan noe filii: & ab hebreis appella tus chanaam: qui ut eusebius probat tempe abrahe adhuc uiuebat. Meminisse debemus iudeoꝝ dotes: laudesq; trãsire ad egyptios facile potuisse: uicini. n. semperq; permisti erant Alexander: eupolemõq; scri bũt abrahã sanctitate: sapiaq; fuisse oium prestantis simũ: hunc docuisse astrologiã chaldeos primũ: deide phenices: demum egyptios sacerdotes: solitũq; dicere eam se habuisse a successoribus enoch: q eius inuẽtor extiterit: et athlas fuerit noiat⁹. Iulius firmicus astro nomicus abraham ob mirabilẽ sapiam diuinũ appel lat. Artapanus quecunq; de mercurio trismegisto di cuntur: ostendit fuisse i moyse: & a moyse gesta: eũ q; mercuriũ ipm fuisse appellatũ: insup eẽ museũ. Quod ãt a moyse gẽtiliũ doctria habuerit icremẽtũ nõ diffi det: qui porphyriũ audiet dicentẽ. Moysen antiq sa coniatõis testimonio: ante pmos grecorum phõs ãnis mille quingentisq; fuisse. Porphirusq; idẽ in libro de responsis adducit apollinis oraculũ: in quo contineř q iclyta ualdeq; sancta gens hebrea pre ceteris nouit recepit: & tradidit ueram sapiam: optimũ di cultum uitãq; beatã. Preterea ĩ libro de abstinẽtiã religiosos quosdã: phõsq; iudeoꝝ: quos esseos uocãt: tãtis pse quiť laudibus: ut eos ante alios oẽs & pphetas: & sã ctos: & diuios oñdat. Ad idẽ utiť ẽt testimõio theo phrasti pipatetici dicentis: eos ieiunio: orationiq; as sidue operã dare: antiquosq; iudeos natura philoso phos

phos esse:nec immerito:libri enĩ sibyllini iudeorꝝ genus celeste beatũq; apellauerũt. Clearchus pipatheticus scri. arist. fuisse iudeũ :calonos quoq; phos apud idos iudeos fuisse. Megastenes insup brachmanas idie philosophos a iudeis asserit descẽdisse. Ambrosius : si recte memini:pythagorã patre iudeo natũ ostẽdit. Mitto ꝙ iudeorꝝ antiquitatẽ:sapiamq; strabo: iustinus: pli. cornelius tacitus tacere non potuerunt. Non igit̃ paruifacienda est antiquitas iudeorum: quorum scripta non esse a gentilibus contempta: immo usurpata fuisse ex eo conicimus:ꝙ aristobolus probat uolumina moysi ante alexandrũ & ante persarꝝ imperium in grecam linguã fuisse traducta:totã uero bibliã ptolemeo philadelpho regnante. Ad quã quidẽ traductionem:ut testatur aristeus:qui interfuit:regem induxit demetrius phalereus peripatheticus:qui ĩ epistola ad regem ipm inqt:se legisse quedã iudeorum uolumina iam diu traducta tãte certe admirationis:ut integra: & diuia sola legũ sanctio iudaica uideat̃. Idem de ea lege ecateus abderita cõfirmat. Cur ĩnumerabilibus pene munerib⁹ eã traductiõem ptolemeus eruit?cur tãto honore translatores: & pontificẽ: postq̃ traduxerunt:affecit?qui hoc ambigit:aristeum legat : & iosephum. Nihil supra dic amabo:qualem putas fuisse ierosolymam:in qua duos septuaginta uiros ex aliorũ numero elegit pontifex prestantissimos:hebraice:greceq; lingue aprime peritos:merito plini. ierosolimaꝫ urbem preclarissimam urbium omnium orientis appellat:amplissimam quoq; munitissimamq; fuisse aristeus:ecateus philosophus copiosissime narrauerunt adeo uero capacẽ fuisse monstrat iosephus atq; euse. ut in obsidione a romãis facta supra undecies cẽtena

milia iudeorum in ea urbe perierint : preterea ultra nonaginta milia unundata fuerit. Verum non erat propositū nostrum de terrenis urbis illius: sed de celestibus dotibus disputare. quod quidem siquis cognoscere uult non modo quo supra narrauimus: cogitet : uerū etiā & multo magis eorū scripta legat: atque relegat. Reperiet tandem q̄ grauis sit auctoritas prophetarum: quorum legibus: oraculisq; tot seculis credunt: et parent iudei: christiani: maumethenses : & ut sūmatim dicam: omnes quas terra substinet: nationes. Tantū uero superat christiana doctrina moysaicā quantum ciuilem uirtutem supat purgatoria. Discurrit in euangelis christus p oēs uitiorum spinas: & quas in etate illa magis inculta moyses amputauerat : talem. n. seruare ordinem decuit : eas ipse prorsus extirpat. Vbi eū qui adulterium: homicidiumq; cogitat : adulterū iā homicidamq; denunciat : neq; dētem unum pro uno dente extrahi gratia uindicte permitit ulterius: sed percutiendi genam alteraz māsuete iubet offerri: bonaq; pro malis retribui. Si te turbat inquit oculus tuus. aut dextera: erue: atque abscinde. i. pmum ipsum ad lasciuiam: uel uindictam: incitamentumque prorsus extingue. Sunt & alia multa generis eiusdē: ex qbus apparet testamētum nouum esse absolutum finem ueteris testamenti: tantoque prestantius illó: quantum ea: que sunt ad finem: finis excedit.

¶ Testimonia prophetarum de xp̄o.   Caput. xxvii.


SCrutamini scripturas in quibus uitā eternā putatis habere: ille sunt: que testimoniū phibent de me Hac uoce apud ioānem aduersū iudeos maxia fiducia iesus noster exclamat: ut pote qui sciat testimonia diuinitatis sue q̄ plurima

querentibus

querentibus non defutura. Sed admõet: ut nõ tã cortices diuinoꝝ oraculorũ attingant: q̃ medullas pſcrutari conentur. nã apud prophetã deus p̃dixerat. A piam in parabolis os meũ: eructabo abſcondita a cõſtitutione mundi. Iudei duplex habent ab antiqs ſacrarum litteraꝝ uolumen: alteꝝ qdem hebraicis literis: & orone hebraicha: alteꝝ chaldea orone: ſed hebraicis litteris ſcriptum: & ut teſtat̃ rabi ſalomon: & rabi moyſes egypti⁹ chaldeo textui null⁹ unq̃ auſus ẽ cõtradicere: utriuſq3 igit̃ apđ illos par auctoritas: ſnia quoq3 eadẽ: ſed quod in altero breuius: uel obſcuri⁹ eſt: i altero ſepe latius: atq3 clarius. Eadẽ rõ eſt ſacraꝝ litterarum apud nos: quas a ſeptuaginta duobus iudeis in grecã linguam: & ab hieronymo rurſus ex hebrea & greca i latinã tranſlatas habemus Sed audiamus iam teſtimonia prophetarum.

¶ Ieremias: Ecce dies ueniunt dicit dñs: & ſuſcitabo dauid germẽ iuſtũ: & regnabit rex: & ſapiẽs erit & faciet iudiciũ: & iuſtitiã i terra: & paulop⁹. Et hoc ẽ nomen: q͡ uocabũt eũ dñs iuſtus nr̃: ubi hebraice dicit̃. dauid: chaldaice habet̃: meſſiã: cũ dicit ecce dies ueniunt: oñdit abſq3 diuturna mora: poſt ieremiã uẽturum fore meſſiã: qđ quidẽ falſum eſſet: ſi aduẽturus eẽt. Aperit p̃terea meſſiã fore deũ: nã ubi trãſlatio dicit dñs: hebrei hñt nõen illud tetagrãmatõ. i. q̃ttuor litterarũ: qđ pre ceteris dinis noib⁹ adeo apud deos eſt uenerandũ: ut nulli creature cõueniat: de quo late diſputat moyſes egyptius in lib. de directione: unde abba iudeus libro tren. ubi queritur: q͡ ſit meſſie nomen: rñdet: adonay eſt nomen eius ponens ibi nomẽ illud mirabile tetagrãmatõ: & adducẽs illud ieremie hoc eſt nomen: quod uocabũt eum dñs iuſtus noſter

Nō autem dicendū uocabit: sed uocabūt: sic.n.chaldea translatio: & septuaginta interpretes docuerunt Isaias. Paruulus natus est nobis: et fili⁹ datus ē nobis: & factus est principatus eius sup humeꝝ eius: & uocabit̃ nomē eius admirabilis cōsiliarius de⁹ fortis pr̃ futuri seculi pncipes pacis. Hec hebraice chalde⁹ illoꝝ text⁹ habet. Infās dat⁹ est nobis: & recipiet sup se legem ad scrutandū eam: & uocabitur nomē eius de ante: admirabilis cōsiliarius: deus fortis: pmanens in secula seculorum messias: in cuius diebus pax multiplicabitur. Ostendit messiam deum fore regnū spiritale: mūdiqꝫ alterius uentuꝝ illum octauiano imperante: sub quo uniuersalis: & diuturna pax fuit. Monarchia mūdi latissima: felicissimaqꝫ: & orbis uniuersi descriptio: ꝙ aūt hec regi ezechie accōmodari non possunt patet: quia subdit: multiplicabit̃ eius impiū & pacis eius non erit finis. Itē: super solium dauid: & super regnum eius sedebit: ut confirmet illud: & corroboret usqꝫ in seculū. Hec solū ad diuinā aīaꝝ pacē & imperiū spiritale ptinere possunt. unde moyses egyptius in epistola ad africanos exponit de messia puero nato sex illa noīa. s. admirabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Sed cur translatio septuaginta loco sex uerboꝝ ponit solū: magni cōsilii angelus? Quia cum diuina eloquia ptolemeo gentili interpretarentur: sepe que ad christi diuinitatem pertinent: uel pretermiserunt: uel mutauerūt: ne forte ille putaret iudeos existimar̃ messiā esse deum in quantū hō: et deum a sūmo deo diuersū duosqꝫ deos esse. Sed xp̄i diuinitatē hebraicus textus: chaldeusqꝫ & trāslatio ex hebreo declarant. Deridēdi uero sunt iudei quidā: qui in supioribus isaie uerbis dici uolūt

uocabitqꝫ

uocabitqꝫ potius q̄ uocabitur. Nam interpretes.lxx. uocabitur transtulerunt: & chaldea translatio monstrat: uocabitur esse dicendum.

¶ Micheas. Et tu bethleē eufrata nequaq̄ mima es in millibus iuda: ex te.n.egredieť: q sit dn̄ator israel: & egressus ei⁹ sicut ab initio ex dieb⁹ eternitatis. Chaldeus textus post egredieť adiūgit: messias: ondit messiā tanq̄ deū ab et͞no fuisse: & tanq̄ hoiem ex bethleē egressurum. Quisquis ergo de rege ezechia puro homine et temporali hoc exponit: manifeste delirat. Rabi autem salomon mestie regi accommodat.

¶ Zacha. Exulta satis fili a syō iubila filia ierusalē: ecce rex tuus uenit tibi sāctus. Aliter: Iustus: & saluator: ipse paup ascendēs sup asinā: & pullū eius: & dispergā quadrigā: & effrain: & equū de ierusalē: & dissipabiť arcus belli: & loqueť pacē gētibus. & ptās ei⁹ amari usqꝫ ad mare: et a flumibusqꝫ ad fines terre. Rabi salomō iudeus hūc locū exponēs dicit: uerba hec nō posse nisi de messia rege intelligi: cui ceteri iudei cōsentiūt. Ex quo patet messiā uēturꝝ fuisse ierusalē: tā q̄ inopē: & sup asinū: regnūqꝫ eius nō fore terrenū: et salutē ab eo animarꝝ poti⁹ q̄ corporꝝ: & p solā sāctitatē: imo & mortē: Adiūgit.n.zacharias. Tu aūt in sāguine testi tui misisti uictos tuos de lacu.i.antiquos ex limbo: talia ūo de solo iesu leguntʼ: quē qdē hoiem fore ac deū zacharias inuit.qn̄ dixit: eū pauperē sup asinā ibellemqꝫ fore nullis armis sed sola pacis doctrina usurum: & tamen saluatorem regemqꝫ appellat: ubiqꝫ regnantem. Dei autem hoc officium est.

¶ Iacob in genesi. Nō auferetur sceptrū de iuda: nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium: ubi hebraicus textus

habet dux: chaldeus habet scriba de filiis filiorum eius ubi hebraice dicitur qui chaldaice habetur messias: ubi dicit: & ipse erit et cetera: hebraica ueritas hēt: ei gentes aggregabunt. Constat aūt iacob de messie ad uentu loq sic. n. caldeū declarat uolumen qđ seqntes moyses gerundesis & chalchadias & chanihis iudei de messia illic uerba fieri confitentur. Iesum uero fuis se messiā constat qa gentiles uocauit: saluauitqz sicut iudeos: & ab illis magis est cultus: ac ēt qa circa illius tpa iudeorum sceptrū est ablatū. Cumqz āni iā illinc us qz ad nos mille q̄dringenti septuaginta q̄ttuor p̄te= rierit: nondū potestas iudaica restituit. Neqz fingere licet aniculis iudeorum in babyllonia: uel ultra montes caspios adhuc eis supesse regnū. Nam cōtra ōis recla mat historia: qn ēt moyses egiptius: ceteriq; doctores hebreorum affirmant: nunq̄ licuisse uel licere posse cuiq̄ iudeo exrra promissionis terrā: qcquam in causis cri= minalibus iudicare: q ergo iudeis extra iudeā exulāti bus regnum tribuit: manifeste delirat: audiamus.

¶ Osee uaticinium. Dies multos sedebunt filii israel sine rege: & sine p̄ncipe: & sine sacrificio: & sine altari Talem esse presentem iudeorum conditionē uidem⁹ deqz iis temporibus prophetam fuisse locutū interp̄ tes p̄phetarum oēs tam iudei quā xp̄iani cōfirmāt. Ca rere iudeos hodie legitimo sacrificio patet: qa lex eo rum sola illa iudeorum sacrificia probat que in regione p̄missionis efficiātur. Obiciunt iudei nonnulli scep= trum de iuda centum ānis ante iesum fuisse ablatum qn̄ scilicet in machabeos sacerdotes ptās rerum trāslata est: qui non ex tribu iude: sed leui erant: quod & io= sephus narrat: iesus autem natus est herodis tēpore: qui machabeis dicit̄ successisse. Ad hoc est respōsio tri plex.

plex. Prima quidē: ꝙ cū machabei ex tribu iude saltē secundū maternam lineā fuerint: regnantib⁹ illis nō fuit omnino sublata iude potestas. Secunda: ꝙ propheta iacob non de tribu hac: uel illa: sed de uniuerso populo iudaico intellexit. Tertia: ꝙ quēadmodū oēs iudeorum doctores consentiūt: semper fuit apud illos conciliū quoddā septuaginta prudentū: ad quorum iudiciū reꝝ grauioꝝ snie pertinebāt. Conciliuz hoc camedrim appellabant: eratqȝ tanq̄ senatus: & adherens uiuenti pncipi: & defuncto pncipe prīcipis uicem gerēs: qđ quidē ab ipso moyse fuerat constitutum: & in babyllōica captiuitate assidebat iudeis ducibus iudeoꝝ in babyllonia: & post reditum assidebat ducibus illis in patria. Durauit autez concilii huius auctoritas usqȝ ad regem herodē: q ex patre iduméo & matre arabe: ut inqt iosephus: natus erat: & regnum iudeorum a romanis accepit: sub quo natus est iesus. Herodes enim omnes illius collegii uiros interfecit: illudqȝ consiliū substulit: quod & iudei confirmant in libro camedrim ierosolimitano. & in libro abodazara. Tūc igit̄ ablatū fuit nō solū sceptrū de iuda: sed etiā scriba de filiis eius: quod chaldeus p̄dixerat textus. Quamobrem quādo herodes: qui alienigena erat regnuz assumpsit: et omnes insuper quotcunqȝ reperire potuit ex regia dauidis stirpe peremit tunc proprie iudeorum regnum funditus est sublatum: denique quando concilium disperdidit: tūc scriba de filiis iude sublatus existimatur Scribit eusebius uespesianum: domitianumqȝ imperatores iussisse omnes qui ex gener̄ dauidis essent interfici: ut nullus iudeorum regni reliquiis foret. Nam & ipsi de aduentu christi formidabant: sicut ab initio herodes:

Hec eusebius accepit ab egesippo.
¶ Ageus. Hec dicit dominus exercituum: ad huc modicum unum: & ego mouebo celum: & terrā: mare: & aridam: & ueniet desideratus cunctis gentibus. Magna erit gloria domus istius nouissime magis q̄ prime Modicum unum: significat nobis hodie iam pridem uenisse messiā: mouebo celū scilicet per eclypsim passionis: ac etiā per stellā illam a magis uisam: terrā scilicet per terremotum in passione. Et moyses tyronensis & hyoces: & dauid: chadiasque: & abrahaz iudei sic danielē exposuerūt: ut anni quadrigēti: ac nonagita fluerent a destructiōe primi templi ad templi secundi destructiōem: & circa huius tēporis finem messias nasceretur. Nicolaus quoque lyrensis epdomadas ita cō putat: ut in illis passus fuerit xp̄s: talem quoque probat fuisse danielis intentionē. Barachias iudeus in libro de ordine mundi exponit illud isaie. Proxima est salus mea ad ueniēdum: & iustitia mea ad reuelandū ubi particulā illam: iustitia mea dicit significare messiam illum: de quo daniel dixit: ut adducat̄ iustitia sēpiterna. Similiter moyses gerundensis uerba supiora danieli ab angelo dicta exponēs ita dicit. Iustitia sempiterna: & sanctuarium sanctuariorꝝ: uel sanctus sanctorū nō nisi ipse messias est sāctificat⁹ ex filiis dauid hec ille: & merito: cecinit enim dauid. Oriet̄ in dieb⁹ eius iusticia: & hieremias: hoc ē nomē quod uocabūt eum dominus iustus noster. Nempe deleuit iesus originalis preuaricatiōis perniciē: & gratiā: iustitiāq; tribuit euāgelicam. Sed ne liceat cuiq̄ figere danielis epdomadas: uel mēsium: uel centenariorū millenariorū uel seculorū septenarios numeros esse meminisse oportet in libro quodam iudeorū de ordine mundi appa

rere

rere omnes eorum ſcriptores in hoc conuenire: ut ille annorum ſolũ epdomade ſint. Idem teſtatur ſalomõ: & moyſes gerunbenſis in cõmentariis danielis confi/ tentes ſacrificium iudaicũ in ultima illaꝝ epdomada rum in excidio ieruſalem a romanis fuiſſe ſublatum: atq; ipſe ſalomon epdomadas danielis finiri aſſerit in templi ſecundi deſtructione. Predicit̃ certe a daniele uel in fine epdomadarũ illarum: uel ſaltẽ poſt ſexagĩ ta duas epdomadas illud fore. Sic eni a daniele ꝑdi/ citur: & poſt epdomadas ſeptẽ: & ſexagita duas ite/ ribit chriſtus: aliter chriſma: ideſt unctio ſacerdotum & iudiciũ nõ erit in eo. tẽplum: & ſanctariũ corrũpet populus duce ueniente: & finis huius uaſtitas. Certe ut teſtat̃ ioſephus poſt herodẽ ſacerdotes nequaquã ex ſucceſſione ſacerdotalis generis uel perpetuitate ui te ſecundum legem moyſi cõſtituebantur. Sed quili/ bet etiã ignobiliſſimi ſingulis annis ſacerdotiũ a pri/ cipe: uel romãis emebant. Quidam cũ ueras xp̃iano/ rum rõnes hoc in loco aliter deuitare nõ poſſint: dãie lẽ hic erraſſe aiunt: cetera ubiq; bene dixiſſe: ſed hmoĩ homunculi relinquẽdi ſunt: tãq̃ qui ſibi ipſi repugnẽt atq; hic: & alibi ſemper errent. Sunt enim inter illos: q ieſu tpa cunctis notiſſima audeãt ꝓmutar̃: quos ar guit ioſephus: ubi de ieſu tpibus ſcribit: & ubi ĩquit duodecimo tyberii ceſaris anno: pontiũ pilatũ iudee ꝓcurationem ſuſcepiſſe: ibiq; decẽ annos contĩuos ꝑ manſiſſe. Cornelius uero tacitus gẽtilis ait xp̃m occĩ ſum fuiſſe ꝑ pontiũ pilatum ꝓcuratorem iudee ĩperã te tyberio. Ceterum: ut eẽ omnẽ in ordinẽ redigam⁹ multe fuerũt ĩter talmuticos .i. cãonicos iudeorũ ĩter pretãtes de aduẽtu meſſie opiniões hyocis: q in libro cederlophã .i. de ordie mũdi terminũ .lxx. epdoma/

darū exposuit: quéadmodū supra diximus. Secūda habaqpe: q danielis secutus cōputationem in destru- ctiōe tēpli secundi uēturū messiam existimabat: ideo qꝫ sectatus est fatuū quendā: & bellicosum hoiem no mine uento zaram tunc dicētem: se esse messiā: quem maxia iudeoꝝ turba post annos ab excidio ierusalē: ut ipsi aiunt: octo: & quadragita secuta est. Igitur pe ne oēs congregati in oppido bitera romāis rebellaue runt: ut pote q ducis illius fortune: armisqꝫ plurimuꝫ cōfidebant. Sed adriāus imꝑator urbe obsessa uēto- zaram una cū omnibꝰ sectatoribus iterfecit: hec oīa iudei in libro de may habēt. Tertiā iudei opionē ac- cipiūt a libro iudicū ordinariorum: qui nō ꝑue apud illos auctoritatis est: ibi tractatur sex annoruꝫ milia esse mundi etatē: duo quidē milia uarietati: uł uacuo tantundem legi: tantundem messie attribui. Aiunt aūt hec dicta fuisse a discipulo quodā helye filio sar- recte: quem helyas suscitauerat. At uero secundū he braicā cōputationē ab adā ad abrahā duo milia an- noꝝ fluxerūt q anni uanitatis fuerūt. Ab hoc ad iesū nazarenū milia quoqꝫ duo: q fuerūt legis anni: anni igitur q iesum sequuntur: a messia īcepisse iudaica cō putatione uidētur. presertim: quia in eo libro asserit̄ ab initio mundi ad messiam quatuor ānorū milia in tercedere. Secundū uero hebreoꝝ oium cōputationē hodie mūdꝰ agit ānoꝝ qnqꝫ milia: & ducētos īsup at qꝫ triginta quatuor: iā diu igit̄ messias uenit. Quarta opinio fuit magni cuiusdam uiri: quē rabi noiauerūt qui i libro chamedrim ait: oēs terminos de aduentu messie assignatos iam preterisse r̄demptionēqꝫ in pēi tentia sola consistere. Hic q̄uis fortasse de christiana potentia nō loqueretur: ueritatē tn̄ quodāmodo reti

cere nō potuit. Eodē tempore qdam huius auctoritate fretus qa terminos oēs preteriisse crederet exclamauit. Ve animabus messie terminos cōputantiū. Quinta fuit chahadie: q̄ in libro de credendis diligēti dinumeratiōe cōclusit quēdam messie terminū q supra trecentos quadraginta annos iam preteriit. Sexta moysi egyptii summe apud iudeos auctoritatis uiri: q q̄uis in deuteronomio messie tempora inquiri prohibeat: tamē in q̄dam ad africanos iudeos epistola scribit se ex certissima antiquorū traditiōe habere messiam nasciturū esse āno a mundi exordio quater millesimo & insup quater centesimo septuagesimo quarto. hoc aūt tempus ex eoꝝ cōputatiōe septingētis sexaginta annis nos antecessit. Septima moysi gerūdensis: q in cōmentariis pentateuci messiam oriturū affirmat anno a mūdi creatione quinqes millesimo centesimoq; & decimo octauo: cui cōsensit leui benguersun in cōmētariis danie. sed hic terminus pluribus q̄ centū annis nos precessit. Frustra igitur expectant ulterius iudei messiā: immo & quicūq; post iesum expectauerūt decepti sunt. Nō enim considerauerūt quod alibi dixit daniel. In diebus regū istorum suscitabit deus celi regnum: quod in eternum nō corrūpetur: celeste scilicet christi regnū. Dicite queso iudei: cur magi illi diuii messiā uiuuri: stati nato iesu hierosolimaꝫ profecti sunt: & herodes sisciratus a legis peritis messie tempus: & p̄riaꝫ īfantes illos filiūqꝫ suū occidit: qđ testatur macro: & phūs: & gentilis: nisi quia sapientibus ad messiam pertinere loca illa: & tempora uidebantur: unde multi periti iesū uiuentem tanquā numē uenerati sunt. Nathanael & nicodemus: aliiqꝫ quos ioannes euangelista principes nominat: qui propter iu

deorum metum clam illum uenerabatur. Cur mul-
ti circa iesu tempora messiam se esse iactabant: licet:
ut inquit gamaliel: tanq̃ falsi subito euanuerint. Io-
sephus narrat sub phelice procuratore iudee multos
extitisse: qui populum sua persuasione deciperent in-
ter alios egyptium quendã pseudo ꝓphetam: qui plu
rimis sibi adiunctis in ipso magnaꝝ rerum conatu ꝑ
exercitum phelicis oppressus fuerit. Hec actibus apo
stolorum consentanea sunt: in quibus paulo dicitur a
tribuno. Nõ ne tu es egyptius: qui hos dies excitasti:
& eduxisti in desertum quatuor milia uiroꝝ: tribun⁹
cum non cognosceret paulum: suspicabatur: ne forte
esset egyptius ille. Surrexit etiã: ut lucas euãgelista in
quit: iosephusq̃ cõfirmat: sub cyrino syrie preside iu-
das quidã galileus tempore cõscriptionis census: po-
pulũq̃ decepit: sed ipse paulopost & oẽs: qui sequebã
tur eũ dispersi sunt. Talis etiã theodas fuit quidã: de
quo similia omino scribũt lucas & ioseph⁹: talis simõ
magus: preterea barchosibas: de quo moyses egyp-
gius iudeoꝝ doctissimus in libro iudicum inqt. A chy
laylis pre ceteris iudeis sapiens: oẽsq̃ eius temporis le
gisperiti asserebãt barchosibam ducem bellicosissimũ
esse messiam quousq̃ ob eius scelera ab adriano est in
terfectus. Hec moyses. De hoc etiã eusebius mentio-
nem facit ariscopellei sequens historiã dicentis q̃ ex il
lo tempore omnis iudaica natio adriani decretis etiã
ab aspectu iudee penit⁹ arcebatur: q̃ ne ierosolymoꝝ
regio: mutato nomine: helia ab helio adriano cogno
miata est. Legitur autem in talmut. i. peculiari iudeo
rum doctrina: libro chamedrin: ipsum barchosibam
annos triginta: et dimidium regnauisse: solitumq̃ di
cere: se esse messiam: atq̃ sapientem achylaylẽ barcho
sibe

sibe confēsisse. Hec ibi: necesse est autē barchosibam iesu temporibusq́ proximum extitisse. Quid igitur ulterius expectatis homines ptinacissimi? cum olim omnes uestri generis sapientes iesu seculū ad christuz spectare censuerint. Cur paulo post iesum a romanis totiens miseri rebellastis: nisi? qa tūc finem pphetarꝝ promissa iam habitura uobis omnibus uidebantur. Testatur hoc suetonius gentilis. Percrebuerat iquit oriente toto uetus et cōstans opinio: esse in fatis: ut eo tempore iudea profecti rerꝝ sūma potirentur: atq́ ob hoc iudeos rebellasse: & periisse ait: nempe tunc expectabatis repente christū quendā armatum ppetuam mundi monarchiam in iudea stabiliturꝝ. Quanto sapientior uobis uirgilius: qui uaticinia sibylle de mundi rege temporibus iesu cōgruere posse: & consumari existimauit: sed de hoc alias disputauimus. Scribit iosephus ante obsidionem ierusalem oraculū quoddaz in sacris litteris repertum: ꝙ per idem tempus uirꝝ designaret ex eorꝝ regione processurum: qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi presagium quidam uespasianum declarare suspicatur: sed uespasianus non aliis quā illis solis gentibus: que romano imperio uidebātur subdite: domiatus est. unde ad christum hec oracula referantur: ad quem dixerat. Pater pete a me: & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionē tuam terminos terre: & cuius per idem tēpus per apostolos suos in omnem terrā sonus exierat.
¶ Isaias. Dn̄s exercituū est: ipsum sāctificate: ipse est pauor ur̄: ipse est terror ur̄: & ipse erit uobis in sanctificationē: & in lapidē offensionis: et petrā scandali duabus domibus israel: & in laqueū & ruinā hbitantibus ierusalē: & offendentur ex eis plurimi. Idē. Ponā

in syon lapidē offensionis: & petram scādali: & oīs q̄ crediderit in eū: nō cōfundetur. Ex his patet: q̄ christus expectatus est deus: atque idem sāctas effecit credentiū animas: & illius causa due domus israel cause erant: scilicet domus regia: & domus sacerdotalis: & q̄ non omnes: sed plurimi pertinaces erant futuri: & qui credituri erant: cōfundi non poterant: neq̄ licet exponere: ut quidam peruertunt. Duas domus: idest duos reges. consuetudo enim hebraicorum scriptorū est: totam seriem sacerdotum domum unam sacerdotalem cognominare: totam quoq̄ seriem regum domum unam regiam: id est dauidis domum.

¶ Ieremias. Cumq̄ multiplicati fuerint: & creuerit in terra: in diebus illis: ait dominus: non dicent ultra archam testamenti domini: neq̄ ascendet sup cor: neq̄ illius rector dabitur: neq̄ uisitabitur: neq̄ fiet ultra scilicet: quia post messiam: quod & maumethes equum putat tam dignitates q̄ cerimonie testamenti ueteris cessauerunt: neque id quidem iniuria: imagines enim erant ille futurorum sacramentoꝝ: presente uero substantia: quid est opus imagine.

¶ Isaias: Anteq̄ parturiret peperit: anteq̄ ueniret partus eius: peperit masculū. Cōmentaria hebreorū antiquissima sic exponunt: idest anteq̄ natus fuisset ille: qui iudeos in seruitutem ultimam redegit: idest titus iam natus redemptor eoꝝ fuerat: unde chaldeus textus habet. Adhuc nō erit ei ueniēs āgustia: & adhuc non ueniet ei tremor cum doloribus propter partum reuelabitur messias: in hoc ipso chaldeo textu hebreus ionathas inquit. Anteq̄ ueniret ei āgustia: salua facta est: & anteq̄ uenirent ei dolores partus: messias reuelatus est. Similiter affirmat ibidem sapiens samuel

Ex iis

Ex iis oībus apparet meſſiā ante deſtructionē ieruſalē ortū fuiſſe. Cōcedūt aūt plurimi hebreoꝝ illū eo die natū: quo ciuitas diruebatur: deinde ad ineptias ſuo more refugiūt: dicētes illū latere quouſq; de⁹ ꝑcipiat: ut ſe palā cūctis oñdat. Alii in monte ſynai cū angelis eum collocant: alii ultra caſpios montes ſegregant alii mendicantem paſſim: & circumuagum agunt ſua inſania & diſcordia ſe inuicem confundentes.

¶ Iſaias. Dabit uobis deus ipſe ſignū: ecce uirgo cōcipiet in utero: & pariet filiū: & uocabitur nomen eius emanuel: in hebreo eſt hahalma: quod puellam abſcōditam: conſeruatāq; ſignificat. Emanuel: uero ſignificat nobiſcum deus. ſ. quia ille qui naſciturus erat ex illa puella: futur⁹ erat erat ñ hō tātū: ſed ēt de⁹ ex puella inquā ſemp uirgine: premittitur eni partus huiuſmodi tanquā ſignū quoddam prodigioſum: de quo dauid. Veritas de terra orta ē: & iſaias alibi ait. Exultent celi deſuper: & nubes induant iuſtitiam: aperiaẗ terra: & pululet ſaluator: ego eni dñs deus creaui eū. Videmus in humana ſpecie duo extrēa ac media duo quiſq; noſtrum ex uiro & muliere naſcitur: adā ex neutro: eua ex ſolo uiro diuina uirtute: ieſus ex muliere ſola diuino ſpiritu. Myſterium hoc etiam rex arabum maumethes in dialogo ſuo admiratur multum: & ueneratur: in alcorano quoq; ueritate coactus ait: ieſus marie filius: deiq; nuncius: ſuuſq; ſpiritus: ac uerbum marie uirgini celitus miſſum fuit.

¶ Danie. Videbam in uiſu noctis: & ecce in nubibus celi: ut filius hominis ueniens: & uſque ad uetuſtum dierum peruenit: & qui aſſiſtebant obtulerunt eum: & datum eſt ei regnum: & honor: & imperium: & omnis populus: tribus: & ligue ſeruient ei: et poteſtas ei⁹

eterna: que nunq̄ transibit: & regnum eius: quod nō corrumpetur. Omnes enim iudei interpretes hanc parabolam de rege messia exponunt: q̄uis hic de ultimo christi aduētu tractet: ut iis uerbis significat daniel: deum uenturum sub hominis habitu: christiq; regnū non tpale: sed eternū: et spiritale futuꝝ: in quo & isaias conuenit. Apud quem christo ita deus loquitur: dabo tibi thesauros absconditos: & inuisibiles

¶ Osee. Vocabo non plebem meā: plebem meā: & nō dilectam meā: dilectā meā: & non misericordiam con secutā: misericordiā consecutā: & erit in loco: ubi dictum est: non plebs mea uos: ibi uocabuntur filii dei uiui. In his predicitur conuersio gētilium: ac pertinacia iudeorum: qualis fuit circa iesum.

¶ Isaias. Inuentus sum non querentibus me palā: apparui iis: q me non interrogabāt. Tota aūt die expādi manus meas ad populū non credentē: sed cōtradicentē mihi: in iis idē: qđ & paulo supius: ē uaticiniū.

¶ Dauid. Lapis quē reprobauerūt edificantes: hic factus caput anguli: a dn̄o factū est istud: hoc est mirabile in oculis nostris: hec est dies quā fecit dn̄s: exultemus: & letemur in ea. O dn̄e saluum me fac: o dn̄e bene ꝓsperare: benedictus qui uēturus est in noīe dn̄i iesus tanquam inutilis reprobatus a prauis: factus est diuina uirtute caput anguli: cui duo ānectūtur parietes: idest gentiles: & qui ex iudeis sunt conuersi.

¶ Malachias. Nō est mihi uolūtas circa uos dicit dn̄s & sacrificiū acceptū non habeo ex manibus uestris: quoniam a solis ortu usq; ad occasum clarificabitur nomen meū apud gētes: ex iis ostenditur reprobatio infidelium iudeorum: iudaicarumq; cerimoniarum: & approbatio fideliū gentilium adueniente christo.

¶ Moyses

¶ Moyses. Posui te in lucem gentibus: ut sis in salu-
tem usqz ad extremum terre.
¶ Isaias. Venio corrigere oẽs gentes: & linguas: et ue-
nient: & uidebunt claritatẽ meã: & dimittã sup eos
signum: & mittã ex iis conseruatos in gẽtes: que lõge
sunt: que non audierunt gloriã meam: & nũciabunt
claritatẽ meã in gentes: & assummã ex eis sacerdotes
& leuitas dicit dñs: & alibi apud eundẽ deus messiã
sic alloqtur. Parum est: ut sit mihi seruus ad substinẽ
das tribus iacob: & feces israel conuertẽdas: dedi te ĩ
lucem gentiũ. Item: primus ad syon dicet ecce adsuz
& ierusalẽ euangelistã dabo: uidi & non erat uir: nec
ex istis quisq̃: ut iniret consiliũ: & interrogãs uideret
uerbum. ecce omnes iniusti: & uana opera eorum. Et
in seq̃nti capitulo subdit. Ecce seruus meus: suscipiã
eum: electus meus: complacuit sibi in illo anima mea
dedi spiritum meũ super eum: & iudiciũ gentibus p-
feret: nõ clamabit: nec accipiet p sonum: calamũ cas-
satũ nõ ɔteret: donec ponat in terra iudiciũ: & legez
eius insule spectabũt. Rursꝰ alibi. educã de iacob se
mẽ et đ iuda possidẽtẽ mõtes meos et hereditabũt eã
electi mei: & serui mei habitabũt ibi. Ecce ꝯui mei co
medent: & uos esurietis: serui mei letabuntur: & uos
erubescetis: & dimitetis nomen uestrum in iuramẽtũ
electis meis: & interficiet te dñs: & seruos suos uoca-
bit nomine alio. Idem alibi deũ sic loquẽtem facit: is-
rael me non cognouit: & populus meus me non intel
lexit. Rursus: auditu audietis: & non intelligetis: &
uidentes uidebitis: & non uidebitis: crassatum est. n.
cor populi huius: et auribus grauiẽ audierunt: et ocu
los suos clauserunt: nequando oculis uideant: & au-
ribus audiant: & corde intelligant: & conuertantur:

& sanem eos. Mittam ex iis conseruatos ingentes.i. discipulos messie: qui manus iudeorum euaserint ad gentes conuertendas: mittam & assumam idest ex numero gentiliũ: qui conuertentur cõstituam legitimos sacerdotes: ex quo patet: ꝙ etiam gentiles ad dignitatem israeliticam assummi poterant: unde rauanais iudeus in commentariis exodi ait. Tempore messie gentiles conuersi sacerdotes erunt: domino ministrantes. parum est ut sit: per hec patet: ꝙ messias ad salutẽ non hebreorum solũ: sed etiam gentilium mittendus erat sicut iesus primus a syon dicet. Salomon iudeus interpres hunc locum exponens omnia hec ait de rege messia atque ultima redemptione esse intelligenda: idem aperit chaldea transiatio ionathe. In iis autem isaie uerbis apparet: ꝙ christus primo: & proprie apud iudeos predicaturus erat: & ibi euangelia: & euangelistas fũdaturus: sed quia praui: & ptinaces futuri erãt adiungit. Non erat uir: atque ideo iudicium gentibus proferet scilicet apud gentiles per discipulos suos doctrinam euangelicam diuulgabit: atque ut ostenderit: ꝙ iudicia euangelica in humilitate summa: nõ magnificentia: in tumultu: sonituq; tubarum: sicuti lex moysi promulganda erant: adiunxit: non clamabit. In reliquis uerbis aperit isaias: messiam ex iacob descensurum: sectatoresque suos: ut plurimum alienigenas fore: qui electi apud deum futuri erant: nec israelitici isti quidem amplius: sed alio nomie scilicet christiani nominãdi. Aperit etiam iudeos messie aduersaturos: penasque daturos sicut olim iesu tẽporibus ꝯtigit. Pertinaciam etiam iudeorum sempiternam: qualem hodie experimur.

¶ Hieremias. Cognouit tempus suum turtur: & hi-

fundo: & passeres custodierunt tempora introitus sui populus aũt meus non cognouit iudicium dñi Quomodo dicitis sapientes sumus: & lex dñi nobiscuꝫ est incassum facta est metatura falsa: scribe cõfusi sũt: sapientes trepidauerũt: & capti sunt: quoniã uerbũ dñi reprobauerunt. Cur ꝓphete que futura sunt: sepe tãq̃ preterita narrant? qa in diuina mente: cui sunt presentia oĩa: illa tanq̃ presentia uident: & postq̃ uiderũt tã quam preterita. i. manifesta: & iam cõsumata loquũtur. Sed redeamus ad hieremiam: hic in uerbis superioribus declarat: scribas non ꝑfecte cognituros tẽpus aduentus christi: tempusq; metendi: neq; id quidẽ mirum. Difficillima enim est iniustis diuini sensus interpretatio: huic ↄgruit illud quod ĩ deuteronomio legitur: ꝑcutiat te dominus amentia: & cecitate: ac stupore mentis: & palpes in meridie: sicut palpare solet cecus: meridies est lux operꝝ xp̃i: in qua iudei plurimi caligati sũt. Idem hieremias alibi. Dñe deus meus ad te gentes uenient ab extremis terre: ac dicent: q̃ fasa nostra pentes idola possederunt: & non erat in ipsis utilitas: si faciet homo sibi ipsi deos: nõ erũt isti dii. In his predicitur casura idola per messiam: quod factum est per iesum: cui quadrat illud isaie: ubi loquens de christo inqt. Docebit uos uias suas: & post multa. In die illa proiiciet homo idola argẽti sui: & simulachra auri sui: que fecerat sibi: ne ea adoret. Idẽ significat daniel quando loquens de christo inquit: quod lapis abscisus sine manibus conteret statuam ex ferro textam auro: argentoque compositam. Lapis abscisus est iesus ui sacerdotum afflictus hic: sine manibus: id est sine humana uiolentia contriuit statuam: idest idolatriam: que statuas colebat: statuam inquam

quadripartitam: nam in quatuor precipua mundi re gna sparsa erat: scilicet chaldeoꝝ: medorum: grecoꝝ & romanoruꝫ. Idem hieremias alibi: horribilis domi n⁹ super eos: et extermiabit omnes deos terre: et ado rabit eum uir de loco suo: omnes insule gentium.

¶ Isaias. Quoniã miscuit uobis dominus spũm sopo ris: & claudet oculos uestros: & principes uestros: qui uident uisiones operiet: et erit uobis uisio oium sicuti uerba libri signati: quē cum dederint sciēti lr̃as dicēt lege istuꝫ: & rñdebit: ñ possum: signatus est. n. & da bit liber nesciēti lr̃as. dicetq̧ ei lege: & rñdebit nescio lr̃as. Et dixit dñs pro eo ꝙ appropinq̄t populus iste ore suo: & me glorificat labiis suis: cor aũt eius longe est a me: & timuerunt me mandato hoium: & doctri nis: ideo ecce addã: ut admirationē faciã populo huic miraculo grandi: & stupendo. peribit. n. sapiētia a sa pientibus: et intellectus prudentiũ eius abscondetur. Rursus alibi: dedit eis deus spũm cõpũctiõis oculos ut non uideant: & aures: ut non audiant usqꝫ in ho diernum diē. Hec oia predicunt iudeos q̄ plurimos tã doctos q̄ indoctos propter eorũ scelera: & impietate xp̄i expectati uaticinia: christũ ue presentē non cogni turos: cuius erroris causa in miseria sunt hodie usqꝫ ad seculi finem. quod: ut diximus: alias cecinit osee. Dies multos sedebunt filii israel sine rege: & sine prin cipe: & sine sacrificio: & sine altari: & sine ephod: & sine teraphim. Quoniam uero circa seculi finem credi turi sunt christo nostro: subiungit: & post hec reuertē tur filii israel: & querēt dominum deum suum: & da uidem regem suum. Translatio chaldea continet: & & obedient messie filio dauidis regi suo: & pauebunt ad dominum. In hebreo habetur: & fluent ad domi

num: &

num:& ad bonũ eius in nouissimis diebus. Nemo in
telligat hec de babylonica captiuitate:in qua reges:
ducesq; pro tpe honoratos habuerunt:qđ quidē q̃r
tus regum liber nos docet: ubi traditur a rege babyl
lonie:regem iude ioachim in sede regia una cum aliis
regibus collocatũ fuisse:ceterosq; generis eius simili
ter honoratos quibus honoribus hodie priuati sunt
carent etiam sacrificio: & altari: cum careant tem-
plo moysaica lege disposito. Carent ephod.idest sa-
cerdotia ueste:& theraphin: quod est instrumentum
quodam idolatrie ritu ad futura presagienda cõstru
ctum:quibus uerbis significatur iudeos:neq; deũ ue
rum legitime:neque idola hodie colere:i ceteris uero
temporibus:uel deum rite coluer̃:uel idola. Post mul
tos autem dies & in nouissimis diebus:idest post mul
ta secula:qualia hec sunt post iesum:& circa mundi fi
nem reuertentur:& querent deum suum.i.patrũ suo
rum:& dauidem regem suũ:idest messiã dauidis stir-
pe natuz:quod chaldea translatio docet. liberatio ue
ro ex babyllone nõ fuit post multa secula: & in nouis
simis temporibus nemo intelligat:ꝙ tunc primũ uen
turus sit messias: ad hunc enim errorem auferendum
propheta non dixit. Veniet rex eorum: sed reuerten-
tur:& querent illum quasi iam pridem uenerit: sed il
li discesserint:& neglexerint & tandem quesituri sint
illum:quod chaldea uerba declarant: cum dicũt obe
dient messie: ut pote qui antea fuerãt pertinaces. De
iis isaias ait. Hec dicit dominus ad domum iacob nõ
modo confundetur iacob:nec modo uultus eius eru
bescet:qa cum uiderit filios suos sanctificantes nomē
meum:& sanctificabunt sanctum iacob: & deum is-
rael predicabunt: & scient errantes spiritu:intellectu:

& musitatores discent legem. In his tollitur ꝯfusio iacob: qa ex eius stirpe: & quasi filii fuerunt apostoli: q iesum exaltauerunt: quoꝝ doctria tandem iudei omnes crediturí sunt christo: quod paulus in epistola ad romanos acutissime probat. Quãobrẽ loquens isaias de primo christi aduentu ait. In die illa erit germẽ domini: in magnificentia: & erit: omnis: qui relictus fuerit in syon: & residuus in ierusalez sanctus uocabitur in die. i. in lucis tempore: germẽ dñi: idest christus dei filius: in magnificẽtia. s. operum ac prodigiorum: omnis qui relictus significat christi discipulos paucos pene ab omnibus destitutos: sanctas christi reliquias: iste reliquie in secundo christi aduentu cũ christo exaltabuntur. De iudeis autem interim quid est dicendũ: raro & pauci electi erunt: de his enim illud isaie intelligitur: & relinquentur in eos: sicut racemus: et sicut excussio oliue duarum aut trium oliuarum in summitate rami. Postq̃ enim propter illoꝝ ꝑfidiam a naturali arbore: ut paulus apostolus inquit: excussi sunt: et ab oliue radice separati: adhuc nonnulli uel ibi relicti: uł potius interdum denuo uidẽtur insiti: qualis fuit euariscus hebreus uir illustris: qui septimus a beato petro pontifex christianoꝝ fuit: annos plures q̃ decem in ea dignitate dignissime uixit: martyrq; obiit. Preterea gothorum tempore iulianus iude⁹ primum hispanie sanctissime rexit episcopatum: petrus quoq; alfonsi⁹ eiusdem generis dialogum conscripsit contra perfidiã iudeorum. Alfonsius burgensis sũmus metaphysicus: in sexagesimo etatis sue anno fidẽ christi suscepit: pluraq; aduersus iudeos egregia scripsit. Quid dicam de nicolao lirensi mari doctrine: magno: uiroq; sanctissimo. Quid de hieronymo phyleo qui tempore pon-
tificis

tificis benedicti contra iudeos subtiliter disputauit. Fuerunt & alii numero quidē multi: quis egregii tam longo seculo pauci: de quibus illud ieremie dictum cē seo. Assumam uos unū de ciuitate: & duos de cognatione: aliter: congregatione: & adducam uos in syon scilicet celestem. De his diligenter paulus burgensis episcopus theologus insignis tractauit.

¶ Dauid. Descendet sicut pluuia in uellus: idest multis ignotis: & addit: orietur in diebus eius iustitia: & abundantia pacis.

¶ Isaias. Orietur ī diebus eius iustitia: & multitudo pacis iesus octauiano imperāte natus est: & aduersus originalem iustitiam ade radice contractam euangelicam gratiam: & iustitiam introduxit: octauiāi quoque imperium iustissimum fuit. Tanta etiam pax eo tempore per uniuersum orbem: ut nunq̄ uel amplior: uel diuturnior. Hic uergi. claudentur belli porte: perseuerauit ea pax post iesum annos septem atq;.xxx.

¶ isaias. Fatigata est egyptus: & negociatio ethyopum & sabba uiri alti: ad te transgredientur: & tui erunt serui: & post te ambulant uincti cōpedibus: & adorabunt: et te precabuntur: quoniam in te deus est & non est alius deus preter te. Nō enim deus es: & nesciebamus: deus israel saluator: confundentur & reuerebuntur omnes: qui aduersantur tibi: & cadent in confusionem. Hec monstrāt quemadmodum gentilium imperia quandoq; futura erant christo subiecta. Item christum esse deum saluatorem aliquod tempus incognitum: adoratum postea: atque eius aduersarios: idest ierusalem pertinacem: & idolatram eque cadere oportere: sicuti contigit. Quod etiam christus futurus sit homo: sic aperit isaias

Mittet eis deus hominem: & saluabit eos iudicans sanauit eos: merito messiam saluatorem nominat: & saluaturum: iesus enim appellatus est id est saluator: ostendit autem: quod non uiolentia: & armis corpora: sed iudicio animos sanabit. Quod rursus xps sit deus: dauid de deo loquens sic aperit. Misit uerbum suum: & eorum propterea abraham deum sub forma hominis agnouit: & ut regem omnium adorauit. Similiter iesu successori moysi deus apparuit: iacob quoque similiter.

¶ Hieremias. Hic deus noster. & non reputabitur alius absque illo: qui inuenit omnem uiam prudentie: & dedit eam iacob puero suo: & israel dilecto sibi post hec in terris uisus est: & cum hominibus uersatus est. Per hec messias deus & homo monstratur: idem alibi: & homo est: & quis cognouit eum: quasi dicat propter eius humilitatem: hominumque superbiam: multi eum ignorauerunt. Nihil mirum est iudeos multos parum pios profundum messie mysterium: & iesu diuinitatem non cognouisse. Multi tamen iudei partim pii: partim etiam docti ab initio cognouerunt: multa enim iudeorum milia ad legem suam christus conuertit: multo plura discipuli. Eos autem iudeos: qui iesu crediderunt etiam maumethes affirmat in alcorano a deo ceteris iudeis longe prelatos fuisse. Hi simul cum gentibus messiam: quod alibi hieremias uaticinatus est: uocauerunt: dominus iustus noster: & uere uocauerunt: non enim permisisset se falso deum uocari.

¶ Moyses in numeris. Orietur stella ex iacob: & exurget homo ex israel: per hec & superiora messias ostendit deus & homo: propterea ezechiel deum depingens collocat eum in hominis habitu super zaphireum thronum: quia scilicet deus futurus erat homo. Vnde rabbi ioanna in commentariis psalterii dicit: quod cum iu

dei alias ab aliis ducibus ex captiuitate fuerint liberati:redemptio ultima a deo sub propria persona est explenda:per hoc messiam deum esse concedit:ac de ipso exponit illud:benedictus:qui uenit in nomine domini:deus dominus illuxit nobis.
¶ Dauid loquens de christo:qui inter ceteros unctos a deo:qui ob ipsam unctionem christi uocari possunt excellẽtior ẽ dicit. Vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo letitie p̄ consortibus tuis : ubi declarat eum hoiem : & paulo ante monstrauerat deũ dicens. Sedes tua deus in seculum seculi.uirga directiõis uirga regni tui. Quod ãt de messia loquatur:declaratur ex eo : ꝙ ubi hebraice dicit: speciosus forma pre filiis hoium:caldea translatio ionathe:que apud iudeos hebraico textui est auctoritate equalis habet. Pulchritudo tua rex messia maior:q̃ filiorũ hoĩs:merito translationis huius auctoritati oẽs cedunt:ordiata enim fuit ab ionatha uiro magno ex cõsensu & ore heliazar & iosue uiroruꝫ excellentissimorum longo tempoꝛ̄ ante templi destructionem:& antiqui omnes talmutici hebrei affirmãt illam ab ageo:zacharia:malachia prophetis descẽdisse. Ex superioribus dauidis uerbis:atq; similibus rabi alba commotus in cõmentariis genesis interrogat quid sibi uelit daniel:quãdo de deo dicit ipse reuelat ꝓfunda:& abscondita:& nouit in tenebris cõstituta & lux cũ eo est:ac respondet. Hec certe lux est lux regis messie : de quo in psalmo: in lumine tuo uidebimus lumen:hec ille hic fatetur :diuinum illud lumen quod semper cum deo est:& ipse deus est : lucem esse messie ipsumqꝫ messiam. Antiquus etiam ille:& illustris theologus rabi neuma in libro:qui lucidus iscribitur:dictum illud salamonis exponẽs in prouerbiis

Iustum est fundamentum sempiternum : interrogat: quid hoc sibi uelit: & respondet de messia in hũc modum: quendam iustum habet: seu habebit deus in seculo suo: qui est sibi dilectus: quia substinet mundũ uniuersum: atq; illius est fundamẽtum. gubernat mũdum : atq; ut gubernetur ipse efficit. ipse est animarum omnium fundamẽtum: atq; hoc est: qđ dr̃ : iust⁹ est fundamẽtum sempiternũ: hec ille. Ex quibus aperit messiam non solum hoiem esse: sed etiã deum. ipse quoq; dauid alibi idem aperit. Mater syon dicet homo: & homo natus est in ea : & ipse fundauit eam altissimus idest deus: qui fundauit syon ibidem tanq̃ homo natus est: & syon appellat matrem.

¶ Isaias. Erit in die illa radix iesse: & qui exurget prĩcipari in gentes: in eum gentes sperabunt : & erit requies eorum in honore: & alibi. Exibit uirga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet sup eum spiritus dei: spiritus sapientie: & intellectus: spiritus consilii: & fortitudinis: spiritus pietatis : & implebit illũ spiritus timoris dei: iesse pater fuit dauidis Per hec ergo predixit ꝓpheta messiã ex dauidis stirpe pululaturũ: gentilibus magis q̃ iudeis ꝓfuturum: spiritalibus potius q̃ corporalibus armis dominaturum: qualis iesus fuit. Idẽ isaias alibi ex ꝑsona christi sic inqt. Spiritus dñi sup me: ꝓꝓ quod unxit me euãgelizare pauperibus: misit me ꝑdicare captiuis remissionẽ: & cecis uisum. Hic declaratur messiã ex sancto spiritu nasciturũ christum ex diuia solum unctiõe nominandũ. Itẽ pauperibus: & cũ pauperibus euãgeliũ predicaturũ: remissurũ pc̃tã ignorantiã expulsurum.

¶ Dauid. Reges tharsis : & insule munera offerent: reges arabum: & sabba dona adducent.

¶ Isaias

¶ Isaias. Oēs de sabba uenięt auꝝ: thus deferētes: & laudem domio annunciantes: hec ptim iesu statim nato facto fuerunt: partim post eius ascensionem: preter tim iperante cōstantino ad huc usqꝫ tempora: & alibi Ex egypto uocaui filiũ meũ. Rursus alibi Nazareus uocabitur. Iesus autem noster ex egypto reuersurus nazaret habitauit: ac nazarenus fuit cognominatus.

¶ Zacharias. Oostēdit mihi dominus deus iesum sacerdotem magnum stantē ante faciem angeli domini: & diabolus stabat ad dexteram ipsius: ut aduersaret ei. & dixit dominus ad diabolum: iperet dominus in te: q elegit ierusalem: & ecce titio eiectus ab igne: & iesus erat indutus uestimentis sordidis: & stabat ante faciem angeli: & respondit & dixit ad circunstantes ante faciem eius: ferte uestimenta sordida ab eo et induite eũ tunica talari: & imponite cidarim mundā super caput ipsius: & cooperuerũt uestimento: iposuerunt cidarim mundam super caput ipsius. āgelus dñi stabat: & testificabatur ad eum dicens hec dicit dominus omnipotens. Si in uiis meis ambulaueris: & precepta mea ꝯuaueris: tu iudicabis domum meā: & dabo tibi: q conuertentur in medio hoꝝ circunstantiũ. Audi itaqꝫ iesu sacerdos magne ꝓphete uerba: qa futurum portēdunt: & hominem designant titionis extincti instar contēptum prio: ac sordidũ: deide ordiatum a deo diuineqꝫ domꝰ iudicē deo iesu naza. cōgruunt. nō iesu naue: uel iesu iosedec: q & añ zacha. fuerũt: & talia neqꝫ passi sunt: neqꝫ fecerũt.

¶ Salomō in libro sapie. Circũuēiamꝰ iustũ qm̄ isuauis ē nob: & exꝓbrat nobis ptā legis: ꝓmittit se sciaꝫ dei hr̄e: & filiũ dei se noiat: factus ē nobis in traditionē cogitationũ nostraꝝ: grauis ē nobis ēt ad uidēdũ

qm similis ē aliis uita illius: et mutate sūt uie illi⁹: tāq̄ nugaces existiati sum⁹ ab eo: & continet se a uiis nostris: et ab imūdiciis: & p̄fert nouissima iustoꝝ: et gloriat̄ se habere patrē deū. Videam⁹ ergo si s̄mōes illi⁹ ueri sunt: & tētem⁹ q̄ uētura sunt illi: ɔtumeliis et tormētis interrogemus eū: ut sciamus reuerentiā illius: et pbem⁹ patiētiā illi⁹: morte turpissima ɔdēnemus eū. Hec cogitauerunt: & errauerunt: excecauit enim illos stultitia ipsorū: & nescierūt sacramenta dei. hec salomon: quibus nihil clarius. Merito pmisit deus illos q̄ aduersus pphetas messie precones ceci: crudelesq̄ fuerant: tales quoq̄ aduersus messiam fore.

¶ Isaias. Ecce ītelliget puer meus: exaltabit̄: et glificabit̄: & sublimis erit ualde: queādmoduꝫ sup te stupescēt m̄lti: ita glia puabunt̄ ab hoib⁹: spēs tua: & glia tua ab hoibus ita mirabut̄: gentes multe sup eum: & cōtinebūt reges os suum: quoniā qbus nō est ānunciatum de illo: uidebunt: & q nō audierunt: intelligent. Domine quis credidit auditui nostro: & brachiū domini cui reuelatum est: annunciauimus coram illo: ut infirmus: ut radix in terra sitiēti. Non est spēs illi: neq̄ gloria: & uidimus eū: & non hēbat spēm: neq̄ decorē: sed spēs eius sine honore: deficiens pre oībus hoibus: homo in plaga positus & sciens ferre īfirmitatē: quoniam auersa est facies eius: inhonoratus est: neq̄ magni estimatus est. Hic precepta nostra portat: et pro nobis dolet: & nos existimauimus illuꝫ esse quasi leprosum: percussum a deo: & humiliatum: aliter in dolore: in plaga: & in afflictione: ipse autem uulneratus ē propter iniquitates nostras: & infirmatus est ppter peccata nostra. Eruditio pacis nostre ī eo liuore eius sanati sumus; oēs ut oues errauim⁹; hō a uia sua

errauit:

errauit: & dominus tradidit illũ ꝑ peccatis nostris: & ipse ꝓpter q̄d afflictus est: non aperuit os: ut ouis ad immolandũ ductus est: & ut agnus ante eum: qui se tonderet sine uoce: sic non aperuit os suum. In humilitatem iudicium eius sublatum est: generationẽ eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra uita eius: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortẽ: & dabo malignos pro sepultura eius: & diuites pro morte eius: quoniam iniquitatem non fecit: nec dolus inuentus est i ore eius: et dominus uult purgarẽ eũ de plaga. Si dederitis pro peccato animam uestrã: uidebitis semẽ longeuũ: & dominus uult auferre a dolore animam eius: ostendere illi lucem: & formare intellectũ: iustificare iustum bene pluribus seruientem: & eorum peccata ipse portauit: propterea ipse hereditabit plures: & fortium diuidet spolia. Propter quod tradita ẽ ad mortez anima eius: et inter iniquos existimatus est & ipse multorum peccata portabit: & propter peccata eorum traditus est.

¶ Quod aũt isaias in uerbis supioribus de redẽptione ultima: que per messiam accipienda erat: locut⁹ sit patet per proemium quoddã ab eo iis uerbis ita propositum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis: & predicantis pacem: annunciantis bonũ predicantis salutem: dicentis: syon regnabit deus tuus. Et infra. Parauit dominus brachiũ sanctum suum in oculis omniũ gentiũ: et uidebunt omnes fines terre salutare dei nostri. Et infra: precedet eni uos dominus: congregabit uos deus israel. Hec & alia multa illic similia ad messiam pertinere omnes tã iudei q̃ christiãi cõsentiunt. Deinde subdit. ecce intelliget puer: aliter seruus meus. Quod iste seruus sit messias: declarat ẽt

chaldea translatio hunc in modū. Ecce intelliget ser-
uus me⁹ messias. Rursus ꝙ messias iste sit de⁹ iudei in
terpretes talmutici isaiam hic exponētes sic oñdunt.
Exaltabitur plusꝗ abrahā: eleuabitur plusꝗ moyses:
sublimis erit ualde plusꝗ angeli. Quā uero ꝑciosa sit
redemptio huiusmodi per messiam patet per illud isa
ie. Israel saluatus est in domino salute eterna: nō con
fundemini: & non erubescetis usque in seculum secu-
li. Non igitur corporalis: uel temporalis futura erat ꝑ
messiam salus: qualis egyptiaca: & babylonica: & si-
miles: sed spiritalis: et sempiterna: ꝗuis aūt prophetia
illa isaie. Ecce intelliget: ad iesum nostrum manifeste
pertineat: tantū rabi salomō ꝑuerse uolūtatis homo
ausus est uerba illa peruertere extorquens ea ad iudai
cum populum in hodierna miseria uiuentē. Cui qui-
dem contradicit translatio chaldea: sicut diximus: cō
tradicunt etiam oēs antiqui iudei interpretes prophe
tarum: qui seruū illū esse messiam uolunt: angelis ual
de sublimiorē: que excellentia plebecule huic iudaice
uili: et uitiose ꝯuenire nō potest. Vnde rabi moyses ge
rundensis: hoc salomone ꝯtempto: secutus est priscos
Itaqꝫ in genesis cōmentariis dicit: regē messiam cor su
um traditurꝫ ad supplicandū pro israel: ieiunia etiam
pro illis: & humillima queqꝫ passurum: adducēs illud
Isaie. Ipse aūt uulneratus est propter iniquitates no-
stras: attritus est ꝓpter scelera nostra. Hec ille. Et ꝗuis
iudaica lex hodie multū afflicta sit: & quasi uulnera
ta & attrita eodē pene modo: quo isaias dei seruū de
pinigit afflictum: nullo tamen modo isaie uerba huic
plebi congruere possunt: quod qdem sex potissimum
signa nobis ostendunt. Primum: & si populus hic gra
uiter oppressus: nō tamen hoc propter gentiū iniqta-

tes: & scelera patitur: ita ut propter iudeorꝝ passiones & meritas gentes: que illos affligunt: a deo ueniā: & salutē cōsequantur: imo iudei oēs uindictā a deo ad- uersus gentes expectant. Cū ergo isaias de seruo dei asserit: ꝙ liuore eius alii sūt sanati: & ꝙ deus in eo ini quitatem ceterorum omniuꝫ posuit: certe non loqtur de populo iudeorꝝ: ob cuius penas alii nō seruant: sed ut ipsi asserunt puniunt. Secundū signū: isaias ait: ꝙ seruus ille dei iniquitatē nō fecit: nec inuentus est do- lus in ore eius: iudei aūt auaritie: & fenori: mēdacio: sceleribusqꝫ mancipati sunt. Ac ēt ipsimet cōcedunt ꝓ pter scelera sua in hac miseria uiuere: & auctoritate d' utero. cōpulsi fatentur: ꝙ si deposita prauitate cōuer terentur ad deū: stati liberarentur. Unde doctores eo rum cōfitentes ex pctis suis hanc miseriā ꝓuenire inq runt: q̄nam sint illa peccata. Rabi salomon cultū ui- tuli in deserto fabricati criminatur: quod crimē iam- diu deus puniuerat: et ignouerat ante iesū. Alii uaria singulorꝝ delicta: alii occultū uolūt esse peccatū: cui⁹ culpa supplicia pendūt. Tertiū signū: isaias in fine ca pituli dicit ꝙ seru⁹ ille dī pro trāgressoribus exorauit iudei cōtra ter saltē quolibet die ī execrabilib⁹ sacris suis: romano iperio: ecclesie xp̄i cunctis gentibus p̄ter q̄ iudeis: terribilissima iprecantur: atqꝫ in talmuticis constitutionibus suis iubent: christianos: utcunqꝫ pos sint: uel ui: uel fraude: doloue ledere. Quartū: quonā pacto eruditio: & disciplina pacis: quā in seruo dei es se isaias ait: in hac indocta: & peruersa iudeorum ple becula ponenda est. Quintum: quonam pacto subli- mior est populus iste q̄ angeli dei: qualem esse illum ser uum dei oēs antiqui iudei proculdubio cōtenserunt. Sextū: cū dicat isaias: iniquitatib⁹ populi mei duct⁹

est ad morte:qs nō uideat aliū esse seruū dei illū : quī ad mortē ducit̄ aliū dei populū ob cuius iniqtates oc cidit̄:nisi forte quis uelit isaiā scriptorē oīum elegātis simū sic absurde locutū fuisse:ut intelligi uoluerit ab iniqtatibus populi mei ductus est popul⁹ me⁹ ad mor tem. Proinde si populus iudaicus peccatum non ha bet:falso hic de populo iudaico loquitur isaias si hēt falso loquit̄ statim:quando subdit:iniqtatem non fe cit:si modo tunc de populo loquit̄:seruus igit̄ ille dei nullo modo populus esse pōt Sed opeprecium est uer ba ipsa isaie in duodecim conclusiones rediger̄:quem admodū paulus burgensis episcopus:theologus insi gnis redegit. Prima:seru⁹ dei apud isaiā descript⁹ cū ctis creaturis est excellentior:dicit enim:exaltabit̄:et eleuabit̄:et cetera .Secunda:ipse ab initio fuit puul⁹ humilēqz habuit ortū:dicit.n.ascendit sicut uirgul tū:& sicut radix e terra sitienti. Tertia:in suo ꝑgres su contemptus est:& pro nihilo habitus:ait.n.despe ctū:& nouissimum uiroꝝ uidimus:nec reputauimus euz. Quarta :uulneratus fuit ꝓpter iniqtates nr̄as.s. purgādas. unde illud:et liuore eius sanati sum⁹:& in fra:iustificabit ipse iustos seruos meos multos:& ini quitates eoꝝ ipse portabit. Quinta:oēs iusti preter ip sum ex cōmūi lege a uia salutis aberrauerūt :ipse aūt omnium portauit iniquitatē idest pro oībus penas de dit:hinc illud:oēs nos quasi oues errauimus:& deus posuit in eum iniquitatem oīum nostrum. Sexta:hec supplicia:& post illa etiā mortē libenter substinuit de quo dicit : oblatus est:quia ipse uoluit : & sicut ouis ad occisionem ducetur:et quasi agnus coram tonden te:iudei autem non libenti:sed inuito: & egro animo passiones ferunt. Septima:id contingit propter sce

lus:&

lus: & iniquitates populi: erat autem ille inocens. De
hoc ait: propter scelus populi percussi eum: & de eodē
legiť infra: qui peccatum non fecit: nec est iuentus do
lus in ore eius. Octaua: quia seruus ille dei parta ui-
ctoria: fortium spolia diuisurus erat: eo ꝙ uitā suam
morti tradidisset: huc illud tēdit: ideo disponā ei plu
rimos: & fortium diuidet spolia: quia morti tradidit
animā suam Nona: existimādus erat iniquus: ob hoc
ait: & cū sceleratis reputatus est. Decima: seruus hu-
iusmodi licet ꝑ illa: que tollerauit sufficienter peccata
omnium substiere: ac delere potuerit. nō tamē effectu
oīum mala diluit: sed multoꝝ. quapp adiunxit: & ip
se peccata multoꝝ tulit. Vndecima: tāta in eo fuit ca
ritas: ut etiā pro hostibus: homicidisqꝫ suis deum ora
uerit: ad hoc subdit pro trāsgressoribus orauit. Duo
decima: que in hac ꝓphetia tradunť naturalis īgenii
uires excedunt: quo circa exclamauit. qs credidit au-
ditui nostro? hec omnia soli iesu nazareno cōueniūt.
¶ Hieremias. Spiritus oris nostri dn̄s xp̄us captus est
in peccatis nostris: cui diximus: in umbra eius uiue-
mus i gentibus. Itē: in illo die nō ꝯfunderis ex oībus
adiue ntiōibus tuis: quas i pie egisti in me: qa tunc au
ferā abs te prauitates iniurie tue: et iā ñ adiicies ut ma
g nificeris super montē sanctum meū: et subrelinquā
in te populū mansuetū & humilē: et uerebunť in noīe
domini: qui reliqui fuerint israel. Item: domine signi
fica mihi ut cognoscā: tunc uidi meditationes eorum
ego sicut agnus sine macula perductus sum ad uicti
mam in me: cogitauerunt cogitationes dicentes: ue-
nite mittamus lignum in pan ē eius: et eradamus e ter
ra uitam eius: & non erit mememoria eius amplius.
Itez: exterrita est que parit: & teduit animam: & subi

uit sol ei: cũ adhuc medi⁹ dies eẽt: confusa est & male dicta: reliquos eoꝝ in gladium dabo in conspectu inimicoruʒ eoꝝ. Item: dereliqui domũ meam. dimisi hereditatem meã in manu inimicoꝝ eius: facta est mihi hereditas mea: sicut leo in silua dedit sup me uocẽ suã ideo odio habui eã. In iis docet hieremias ꝙ messias capiendus ob purgãda nostra delicta erat: & affligendus: ꝙ uel relicturus erat populuʒ illum christianorũ primum humilem: persecutionibusqȝ subiectũ Reliqas enim israhel apostolos: martyresqȝ esse uult: post hec etiam ligni crucis mentionẽ facit: et eclypsis in meridie: patiente christo. Martyria etiam christianorum subiungit: uindictamqȝ aduersus pertinacem populum iudeorum: deniqȝ addit: ꝙ populus dei tanq̃ leo surrexit in christum tanq̃ agnum: atqȝ ideo deus populum illum exterminabit.

¶ Salomon. Si auertimini ad me dicit dominus: & non custodieritis ueritatẽ meam reiiciam israhel a terra: quã dedi illis: & domus hec erit deserta: & omnis qui transibit p illã: admirabitur: & dicet ꝑpter quaʒ rem fecit dominus terre huic: & domui huic hec mala? & dicet: quia reliquerunt dominum deum suum: & persecuti sunt regem suum dilectissimum deum: & cruciauerunt illum in humilitate magna: propter hoc importauit illis deus hec mala. Hec ille quis ergo negabit iesum nazarenum fuisse messiam? hominem qȝ fuisse pariter: atqȝ deum?

¶ Esdras. Hoc pascha saluator noster est: & refugiũ nostrum cogitate: quoniam habemus humiliare eum in ligno: & post hec sperabimus in eum: ne deseratur hic locus in eternum tempus dicit dominus deus uirtutum. Si non credideritis in eum: neqȝ audieritis an

nunciationem

nuntiationem eius: eritis derisio in gentibus: hec ille: quibus nihil est clarius. Non minus āt eius illud moysi congruit. Ego sum deus ad emulatiōem uos adducam mihi non gentem in gentem insipientem in iraz uos mittā: pre ceteris uerbis esdre: maxime illa consideranda sunt: ꝙ saluatorē. i. iesum: qui saluatorem significat in ligno ī pasche tēpore iudei hūiliaturi erāt. Meminisse rursus oportet: ꝙ quartadecima luna lex iudeis celebrare pascha: & agnū precipit imolare unde anatolius philosophus alexandrinus subtiliter ꝓbat primo quidem rationibus. deinde lege: ac etiā auctoritate philonis: iosephi: agatobuli: aristobuli: iudeoꝝ ritum celebrande pasche mosaycū rectū: et consuetum esse mense martio: postq̄ & sol et luna equinoctium uernale trāsierit: ac luna soli opposita sit. Hinc policrates apostolicorū discipuloꝝ discipulus asserit apostolos etiā: eorumqz successores solitos celebrare pascha iuxta iudeorum consuetudinē quartadecima luna: quādo populus iudeoꝝ azima faciebat. Quorsum hec? ut consumemus quod alias diximus: scilicet eclypsim solis: que christo patiente contigit: naturalem non fuisse. Quod autem contigerit: lucianus antiochenus ante tribunal iudicis sui sic testatus est: Requirite in annalibus uestris: inuenietis tēporibus pilati: christo patiente: fugato sole: īterruptum tenebris diem. Tertulianus quoqz clamauit ad iudices. Hunc mūdi casum in ānalibus uestris relatū habetis ¶ Isaias. Ego dominus deus uocaui te ad iustitiam: & tenebo manum tuam: & confirmabo te: & dedi te in testamentum generis mei in lucem gentium aperire oculos cecorum: producere ex uinculis alligatos: & de domo carceris sedentes in tenebris. Hec ille: i q

bus deus christũ alloquiẗ. Mittit eum ad testamentũ nouum introducendũ: gentiles cõuertendos non mi-nus q̃ iudeos ad eos q in limbo alligati sũt: soluẽdos: & purgãda peccata. Alibi apud isaiã xp̄s ita loqtur. Non sum contumax: neq3 contradico: dorsũ meũ po sui ad flagella: & maxillas meas ad palmas: faciẽ aũt meã ñ auerti a feditate sputo℞: Itẽ i die illa erit radix iesse q̃ erit i signũ pp̄lo℞: ip̄m gẽtes dep̄cabunẗ & erit sepulch℞ eius gl̄iosũ: hec oĩa iesu nazareno ɔtigerũt
⁋ Amos. Et erit in die illo dicit dñs: occidet sol meri die: & tenebrabiẗ dies lucis: et conuertã dies festos ue stros in luctũ: & cantica uestra in lamentationẽ. in di e scilicet: quo patieẗ messias: occidet sol: eclypsim so li in meridie: patiẽte iesu: significat: dies lucis. i. xp̄s: qui lux lucis est. Post hec in ppetuam uindictã statu-it deus: ut iudei quotidie uexentur: lamentationesq3 hieremie: & similes querimonias repetant.
⁋ Ezechiel. Exaltaui lignum humile.
⁋ Iob. Quis det nobis de carnibus ei⁹: ut saturemur
⁋ Zacharias. His plagatus sum: ite3 alibi de deo sal uante ierusalem sic ait. Effundã super domũ dauidis & super habitatores ierusalem spũm gratie: & pote-statis: & aspicient in me: quem cõfixerunt: & plangẽt super eum quasi planctum unigẽiti: hec ille. Ipse qui tanquã deus spiritum gratie: & potestatis infundit: tanq̃ homo configitur: atque idcirco: ut intelligere-mus: christum ex diuersis naturis cõstitutum: alia ra tione mirabilia operari: & ratione alia terribilia pati Zacharias in prima persona dixit. scilicet effundam in secunda super eum: effundam: scilicet ego tan-quam deus aspicienda: quẽ confixerunt. s. tanquam hominem: et plangent super eum scilicet hominẽ ame

deo

deo assumptũ. Nemini aũt licet fingere textũ: qui dicat: aspiciẽt in eũ: ois enim biblia tã hebraica q̃ chaldea dicit aspicient in me plangent. i. penas dabunt in hoc seculo: & futuro. At quo pacto spũm gratie infundit: si plangunt sup eum: certe spiritus sancti gratiam: & priscorum ueniã peccatorũ. Liberauit enim uolentes ab inferis: infudit etiam spũm potestatis ad incredulos puniendos: hi enim sunt: qui plangunt.
¶ Abachuc. In medio duorum animalium cognosceris: existi in salutem populi tui: ut saluos faceres christos tuos: misisti in capita inimicorum mortem: duorum animalium: idest duorum testamentorũ: rursus duorum prophetarum in monte tabor moysi et helie. Iterum duorum latronum in cruce: forte etiã duorum brutorum: quando natus est in stabulis: in salutem populi tui: ut saluas ab inferis faceres credẽtium animas. inimicos uocat pertinaces hebreos.
Dauid loquitur sepe sub nomine suo de messia quem sciebat e sua stirpe pululaturum. sic autem inquit: cõgregata sunt super me flagella: & ignoraui. dissoluti sunt: neq3 compuncti sunt: tentauerunt me: deriserunt me derisu: & striderunt dentibus suis super me. Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerũt me aceto: circũdederunt me canes multi: conciliũ malignantium obsedit me. Effoderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt: & uiderunt me: diuiserũt sibi uestimenta mea: & super uestem meam miserunt sortem. Captabunt animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt: & factus est mihi dominus in refugium. Erues me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium: populus quẽ nõ

cognoui seruiuit mihi: ĩ auditu auris obediuit mihi.
Scribãtur hec in generatiõe altera: & populus q crea
bitur laudabit dominum. Notum fecit dominus salu
tare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustiti
am suam. Dabo tibi gentes hereditatem tuam: astite
runt reges terre: & principes conuenerunt in unũ ad-
uersus dominũ: & aduersus christũ eius. Fiat mensa
eorum coram ipsis in laqueum: & in retributionem:
& in scandalum. Obscurentur oculi eorum: ne ui-
deant: & dorsum eorũ semper incurua. Effunde super
eos iram tuam: furor ire tue cõprehendat eos. Fiat ha
bitatio eorum deserta: & in habitaculis eorũ non sit:
qui habitet: quoniam quẽ tu misisti persecuti sunt: &
super dolorem uulnerũ eorũ addiderunt. Appone ini-
quitatem super iniquitatẽ eorũ: & non intrent in iusti
tiã tuã. Deleantur de libro uiuentiũ: & cũ iustis non
scribantur. Ego sum pauper: & dolens: salus tua de-
us suscepit me. Non erat pauper dauid rex: sed messi-
as ex eo pauper nasciturus. De iuda proditore sic pre
dixit dauid. Qui manducat mecum panem: leuabit
cõtra me calcaneum suũ. De iudeis iterũ. Sic odio ha
buerunt me gratis: de quibus paulus apostolus sic ua
ticinatus est. Implebunt peccata sua semper: preuenit
enim ira dei super illos usqz in finem. Sic ergo predi-
xit sempiternam iudeorũ: & pertiaciam: & misẽicordi
am. At cum pretermisimus quod hieremias de chri-
sti uendtione a iuda facta: & precio: & agri emptio-
ne: quemadmodum in euangelio traditur: aperte pre
dixit. Inquit enim. Et acceperunt triginta argẽteos:
preciũ appreciati: quod appreciauerũt a filiis israel:
& dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi
dominus. Adiungit matheus agrum illum christi p-

cio emptũ etiã temporibus suis sãguinis agrũ cogno minari. De resurrectiõe christi dauid sic inquit. Caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meã in inferno: nec dabis sanctũ tuũ uidere corruptionem: quia scilicet christus non putruit. Rursus Domine eduxisti ab inferno animam meã: ego dormiui: & soporatus sum: & resurrexi: qa dñs suscepit me. Resurrexi & adhuc tecum sum. Dauid consentit.
¶ Osee. Sanabit nos post biduũ: die tertia resurgem⁹ uel sic: uenite reuertamur ad deũ: quia ipse cepit: & saluabit nos percutiet & curabit nos. Visitabit nos post duos dies: die tertia suscitabit nos. & ueniemus in cõspectu eius. Rursus. Absorpta est mors in uictoriam ubi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulus tuus? scilicet quia per resurrectionẽ christi designatur etiã nostri corporis resurrectio. Sicut enim in uno adã omnes deliquim⁹: & mortui sumus: sic in uno christo omnes purgamur: atq; resurgimus: sed de hoc paul⁹ apostolus subtiliter atq; diuine.
¶ Ionas aũt propheta: cur exceptus est uasti piscis uẽtre: & die tertio redditus luci uiuens: nisi ut resurrectionẽ christi significaret? Gesta siqdem ueteris testamenti non minusq̃ uerba figure sunt noui. Nouũ qppe non aliter ueteris finis est q̃ adumbrationis cuiusdam coloratio absoluta: & perfecta pictura: ideoq; nouum testamentum multo prestantius est q̃ uetus.
¶ Dauid ascensionem dñi ita cecinit. Ascendet de⁹ in iubilatione: & dñs in uoce tube. Psallite domino: qui ascendit super celum celi ad orientem. Ascendisti i altum: captiuã duxisti captiuitatem: ddisti dona hominibus. Sancti quoq; spũs missionem ita canit. Emittes spiritũ tuũ: & creabũtur: et renouabis faciẽ terre.

¶ Ioel. Et erit post hec. Effundam de spũ meo super omnem carnem: & pphetabunt filii uestri: & filie uestre. Seniores uestri somniabunt somnia: iuuenes uestri uisa uidebũt: & qdem in seruos meos: & ancillas meas: in diebus illis effundã de spũ meo. Post ascensionẽ christi nõ solum apostoli: sed & alii q̃ plurimi tã femie q̃ mares: tã gentiles: q̃ iudei: docti idocti: senes: iuuenes: spũsancti dõa: gratiãq; mirabilẽ acceperũt.
¶ Isaias. In aliis linguis: & in aliis labiis loquar populo huic: sed neq; sic exaudiet me dicit dominꝰ. At ꝙ ita q̃uis apostoli ante rudes: accepto spũsancti munere: diuina mysteria subito uariis linguis effunderent: non tamen iudei omnes crediderunt.
¶ Ezechiel Spiritum meũ dabo in uisceribus uestris. Et alibi de baptismo sic. Effundã super uos aquã mũdam: & mundabimini ab oibus inqnamentis uestris & ab uniuersis idolis uestris mũdabo uos. Iudeoruꝫ doctores ubi librũ eorum de iona interpretantur: & ubi exponunt talmut: nouas scilicet eoꝝ cõstitutiões post iesum factas: adducunt prophetiã hmõi: ut probent ꝙ tẽpore messie nõ modo iudei: sed etiã gẽtes q̃libet aspsione quadam aque sordes diluẽt peccatoꝝ.
¶ Isaias in cantico sic. Haurietis aquam in gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in il a die: cõfitemini dño: et iuocate nomẽ eius saluatoris: idest iesu messie: iesus enim filius significat saluatorem: cõfitemini domino: quia scilicet unius dei cultus adducitur per christum cessantibus idolis. Subiũgit paulopost apostolorum predicationem apud gentes hoc pacto. Cãtate domio: quoniam magnifice fecit: annũciate hoc in uniuersa terra Quoniã uero christus nascit̃ i iudea subiũxit. exulta: & lauda habitatio syon: quia ma-

gnus in medio tui sanctus israel.
¶ Dauid ꝓpheta multa & manifesta de christo tractat i psalmo scd'o: tertio: decioquinto: uigesimo prio multisq3 aliis. Sed missio apostolorum in longīquas nationes per illud ostenditur: in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre uerba eoꝝ.
¶ Isaias de messia: ac de missiōe apostolorū sic. Quā speciosi pedes euāgelizantiū pacem: euangelizātium bōa. Afflictiōes quoq3 apostolorū ita presēsit: & pregustauit. Propter te mortificamur tota die: existimati sumus sicut oues occisionis Origenes in tertio commētariorū genesis sic inqt. Thomas sicut nobis traditum est: sortitus ē parthos: matheus ethiopiā3: bartholomeus indiā citeriorem: andreas scithiam: ioannes asiam: petrus pontū: galatiā: bithiniam: capadociam: ceterasq3 confines prouincias iudeis duntaxat predicans circuisse deprenditur: & ad ultimum rome cōmoratus est: ubi et crucifixus est deorsum capite demerso: qđ ipse ita fieri precatus est: ne exequari domino uideretur. De paulo autē quid dicam: qui ab ierusalē usq3 ad illiricū repleuit euāgeliū xp̄i: & ad ultitimum sub nerone martyrium duxit. Hec origenes. Thadeus quoq3 unus ex. lxx. christi discipulis ultra euphratem profectus: & in edissena urbe predicans euangelium totum regnum regis abagari conuertit ad christum: ipsumq3 abagarum a morbo quodam incurabili mirabiliter liberauit. Sic eni3 fore christus per epistolam abagaro ante promiserat: cum ab ipso per epistolam rogatus fuisset: ut ad eum curandū proficisceret. Eusebius hec in publicis historiis edissene ciuitatis: in qua regnauerat abagarus syriorum lingua scripta legit: in greciam que traduxit.

Solutiões dubitationũ circa ꝓphetias. Cap.xxviii.

Exponẽda sunt ad presens quedam prophetarum uerba: que nõ satis intellecta occasionem pertinacibus: hebetibusque iudeis prebent: ut iesum fuisse messiam: idest christum uerum nequaquam confiteantur.

¶ Isaias. Erit in nouissimis diebus: idest ultimis prophetarum temporibus: & in fine regni: sacerdotiiq; iudaici: non enim in nouissimis diebus mundi: ut quidam somniãt christum primo uult esse uenturũ: alioquin ferme inutilis: uel saltez ad breue utilis foret ei9 instructio: sed in nouissimis diebus prophetarum: sacerdotii: regniq; iudaici. Tria hec sub iesu nazareno cessauerunt: & sequitur: mons domus domini in uertice montium. Ob hoc qdam iudei delirãt dicentes: ꝙ in aduentu messie deus transferet montem tabor: montem synai: montem carmeli usq; ierusalem. Ac super horum uerticem montem syon imponet: hebetes homũculi incorporalis dei incorporalia opa semper ad corpora trahunt. At uero multo rectius isaiaz hic exponit rabbi salomon iudeus dicẽs: montez syõ nõ altitudine loci: sed miraculorum magnitudĩe ceteros mõtes superaturum. Iesus autem noster in eo monte illuminauit cecum natum: curauit paraliticum: multaq; alia illic miracula fecit: deniq; ibi spiritum sanctum e celo discipulis suis infudit. Post hec sequunt̃: & fluent ad eum omnes gẽtes: idest ex oĩbus gẽtibus multi: dicunt similiter omne animal in noe arca fuisse idest ex omni aialium genere aliqua. Non leuabit gẽs contra gentẽ gladium: nec exercebuntur ultra ad prelium. Dictio hec ultra significat nõ sempiternam mũdi pacem: sed uniuersalem: & diuturnam: fuit autem

tanta iesu tempore pax quemadmodum alias dixi-
mus: ut maro tunc clausas esse portas belli cecinerit:
habēt hebrei in q̄rto regū libro. Non uenerūt ultra la
trones syrie in terram israel: uerumtamē post illud tē
pus traditur syrios frequenter terram israel inuasisse.
Vltra ergo significat usq; ad certum tempus. Eusebi
us autem tradit post iesum usqz ad sua: idest constan
tini tempora non contigisse tot regnorum euersiones
cladesq; populorum: quot ante contigerant. Item isai
as idem alibi de tempore messie ait. Habitabit lupus
cum agno: & pardus cuz hedo accubabit. Quamuis
eleazarus pōtifex aristobolusq; ante christum: ac phi
lo post christum iudeorum interpretum sapientissimi
sacras litteras propter mysticum sensum per allegoriā
exponendas esse censuerint: idq; etiam ipsi tentauerit
tamen puerilia multorum iudeorū ingenia talem oi-
no: regnante messia: auream etatem expectant qualē
poetarum uerba coloresq; depingunt. Satis autem
uiuēte iesu fulsit in animis hoium nō ptinaciū aurea
ueritas: tranquillitas mentis: & fructus eternus: atq;
post illum ob eius opera: & doctrinam: qui quicunq;
uult aurea etate potitur: eterna pax hominib⁹ cū deo
per iesum conciliata est: quanq̄ etiā multos annos: lu
pus idest potentior princeps: uel populus agnum:
idest debiliorem principem: aut populum non deuo
rauit. Erant ante iesum gētiles: et iudei in oibus oino
inter se discordes: post illum multi ex iudeis plurimi
ex gentilibus sub illius doctrina concordes moribus
opinionibusque uiuebant: atqz uiuunt. Quotidie
multis in locis anialiū uenenosoꝶ morsus apostoloꝶ
miraculis inoxii reddebant̄: singula hec ad seculū au
reū ptinere uidētur. Omnino aūt aureū seculū in ani

mi potius q̃ in corporis fructibus est ponendum: nu-
ge uero poetarum pueris relinquende: quod & rabbi
moyses iudicauit: hic enim in libro de iudicibus ait.
Caue ne putes messie tempore mundi ordinem natu
raliumq́ rerum progressionem aliter q̃ soleat se habe
re debere. Quod autem isaias inquit. Habitabit lup⁹
cum agno: & cetera: enigmaticum est: significat enim
israel cum impiis seculi huius hominibus: qui figurã-
tur lupi atq́ pardi securum conuersaturum. Hec ille.
¶ Moyses in deuteronomio. Si ad cardines celi fue-
ris dissipatus: inde retrahet te dominus deus tuus: &
assumet: atq́ introducet te in terram: quam possede-
runt patres tui: iudei ob hoc expectantes christi auxi
lio congregari: cum propter iesum dispersi fuerint: fu
isse eum uerum christum non confitentur: quibus re-
spondendum est oraculum hoc tunc impletum fuisse:
quãdo ex babyllonica seruitute liberati fuerũt. Tũc
enim: ut testatur esdras: cyrus rex non solum permisit
iudeos omnes in patriam reuerti: uerũ etiam munera
ꝓposuit reuertẽtibus. Quod siquis ad messiam huius
modi cõgregationem pertinere conuicerit: dicam sa-
tis per iesum dissipatas propter peccatum anias: que
cũq́ uoluerit in celestem patriam congregari uocatur
enim illa a dauide terra uiuentium. credo inquit ui-
dere bona domini in terra uiuentiũ. Vnde rabbi moy
ses egyptius in deuteronomio diuinum ipsum bonũ:
quod itelligibile est: multis dicit nominibus in sacris
litteris nuncupari: dicitur enĩ mons dei: & locus san-
ctus: eius locus sanctuarii: uia sãcta: atria domini: tẽ
plum dñi: domus dñi: porta domini. Hec ille. Rabbi
quoq́ salomõ: & rabbi abba edificatiõem templi ab
ezechiele ꝺ̄scriptam ad celestem pertinere hierusalem
arbitrantur.

arbitrantur. Vani sunt igitur: qui uisibile templum a messia construi sperant: uani rursus qui populũ israel secundũ locum ab eo congregatum iri expectant: uani tertio; qui iudeos oẽs tempore messie saluos fieri arbitrantur. Audiamus hieremiã ita dicentem. Cõuertimini filii reuertentes ait dñs: qa ego uir uester: & assumam uos unum de ciuitate: & duos de cõgregatione: & introducam uos in syon: & dabo uobis pastores iuxta cor meum: & pascent uos scientia: & doctrina. hec ille. Que quidem uerba de ultima redemptione: que per messiam erat explenda: intelligenda sunt: non aũt de redemptiõe a babyllonica seruitute: sicut aliqui opinantur. Nam in eodẽ contextu legitur. In illo tempore uocabunt hierusalem solium dñi: & congregabuntur ad eã omnes gentes in nomine domini. Quo circa rabbi salomon in libro cãedẽ superiora hieremie uerba. s. assumam uos unũ de ciuitate: & duos de congregatione: exponit de ultima illa: que ab eis expectatur redemptione: sic enim ibi ait. Eligam iustos: & introducam eos in syon: ex quo patet in ultima per messiam redemptiõe non omnes israheliticos saluari: sed iustos. Hi autem pauciores admodũ sunt iniustis: qui non saluantur: ideo dixit propheta: unũ de ciuitate: & duos de congregatione: aliter cognatione: quasi dicat: ualde pauci eligent̃ ex multis. Hec ille. Rursus ibidem aliquis ex antiquis talmuticis inquit. Sicut ex sexcentis milibus hominũ: qui egypto eggressi sunt: soli duo. s. calech et iosue terram promissionis intrasse traduntur: ita in messie tempore fore. Sic enim apud osee scriptum esse: & canet ibi iuxta dies iuuentutis sue: & iuxa dies ascensionis eius ex terra egypti. Hec ille.

¶ Zacharias loquens de christo inquit. Edificabit tẽplum domino: expectant iudei christi uastissimam in terris ex lapidibus mortuis machinam constructurũ. iesus autem sublime: & celeste ex uiuentibus animorum lapidibus templum diuina nimium arte construxit. Sed isti per superiora etiam confutantur.

¶ Hieremias. In dieb⁹ eius. s. messie: saluabitur iuda & israel habitabit confidenter: dies illos: quos nominat ad christũ pertinere uolunt: cuius manibus in priscum illud: terrenũq; regnum reduci sperant: terrenisq; opibus ad uotum ditari. Nos aũt dicimus per christi gratiam & doctrinam animas uolentiũ tam reliquorum q̃ iudeorum a pristia illa culpa mundari: per quã mundationẽ habitare corpus cũ hac fiducia posset: ut post corporis solutionem ad celestia reuolent. Iuda. i. genus hominũ: quod inde. i. ab iudea totũ originem habet: saluabitur scilicet si uolet: sed ex quo nam saluabitur? scilicet ex culpa per adam concepta: & habitabit celũ. Meminisse debemus israel in sacris litteris interdum significare homines cuiuscunq; generis: modo uerum cultum dei israel sequantur: etiã si ab israel: seu iacob secundũ sanguinẽ non descenderint: quapropter isavas: ubi agit de propagatione populi israel per uocationem gentium sub doctrina messie inquit. Effundam spiritum meum super semen tuũ: et cetera: & germinabunt iter herbas quasi salices iuxta fluentes aquas. Et in eodem cõtextu declarat hanc ꝓpagationem seminis israel: seu iacob non esse solum secũdũ progeniem corporalem intelligendã. Idcirco subdit. Iste dicit: domini ego sum: & ille uocabitur in noĩe iacob: & huic scribet in manu sua domino & in nomĩe israel assimilabit: hec ille. Qui dicit: domini ego sum

israel:

israel:ita est secunduz carnem :de quo ēt illud addit: & ille uocabitur in noīe iacob. Quod preter hec i tex tu seqtur ad eos pertinet:qui opinione:moribusq; sūt similes israel:unde rabbi salomon ubi interpretatū uer ba huiusmodi:& in nomine israel assimilabitur:sic di cit. Isti sunt : qui ex cultu gentilium ad uerum dei cul tum conuertuntur:digni enim sunt : qui israelis noīe nuncupentur:hec salomon. Quando igitur prophete aiunt israel sub messia saluuz fore: non genus hoīum hoc:aut illud itelligūt:sed oēs q cultu:& uita israel & iacob se similes reddunt: quod si uelis hoc nomine iuda:& israel:in textu illo ieremie peculiarem dumta xat dei populum significari:esto. At illi qui dei filium negauerunt:degenerati sunt: & a romanis puniti sūt qui uero illum ex iudeis sectati fuerunt : & multi qdē & magni uiri:uere erant israelis nomine nuncupandi atq; precipui inter illos signo quodā a deo dato ante hierosolime urbis obsidionem in regnum agrippe re gis:qui romanis amicus erat: aufugerūt seruatiq; sūt Consideratione dignū est illud non parua:quod uere paulus apostolus uaticinatus est:iudeos uidelicet ali quos pertinaces fore : donec gentiles omnes omnino undiq; conuertantur ad christum:postremo etiam il los in seculorum fine penitus cōuertendos . Adduxit quoq; ꝓpheticum illud:ueniet ex syon:qui eripiat:& aduertat captiuitatem ab iacob:et hoc illis a me testa mentum:cum peccata coꝝ abstulero : sic d̄mum statu tis temporibus iuda saluabitur:eritq; tunc: quod di uinitus predictum fuit:pastor unus : & unum ouile: tunc implebitur illud zacharie. In die illa erit domi nus unus:& nomen eius unum : illud quoq; sopho nie. Tunc reddam populis labiū electū : ut uocēt om

nes ĩn nomĩe dñi: & seruiant humero uno. Adde rur
sus illud ezechielis. Tunc cõuertã captiuitatẽ iacob
& miserebor domui israel. Cui illud est simile. Redu
cam captiuitatẽ uestram de cunctis locis. Sed quan-
do hec erunt? quotidie ex captiuitate tum peccati: tũ
hoium liberanť ꝑ messiã iudei: quicunqȝ uolunt: ap
parebit aũt hoc precipue: quãdo maxime uolẽt: hoc
est in secundo christi aduentu prope mundani cursus
finem. Tunc messias armis quibusdã aduersus impi
os prelia illa mouebit: que zacharias in bello hieroso
lymitano futuro predicit: & post subiũgit. In die illa
erit dñs unus: tunc messias potenter effundet irã sup
gentes: et regna: queadmodũ sophõias ꝓpheta mina
tur: in qbus subiũgit illud. Tunc reddã populis: tũc
preliũ illud gog & magog implebiť ab ezechiele des
criptũ: quo finito redemptionẽ israel fore ꝑdicit eze-
chiel: tũc conuertã captiuitatẽ. Christus ergo in ꝑmo
aduentu doctrina: exemplo: & opere: suauiter uolen
tiũ peccata remisit: i secũdo rẽ fortius aggrediť purga
bit acrius: & ꝑtinaces cũ duce eoꝝ antichristo uiolen
tia expurgabit. sic.n. dei natuř disciplie ordo reqrit
¶ Daniel. Aspiciebã in uisu noctis: & ecce in nubibꝰ
celi quasi filius hois ueniebat. Propter hec: & similia
expectant iudei christum nõ humilem habitu: & for
tuna: sicuti iesum accepimus: sed magnificum: & po-
tentem: nescientes duplicem eius aduẽtũ esse. Venit
humilis olim iudicãdus: ueniet postremo magnificus
iudicaturus. Quod aũt de ultio mundi iudicio ibi lo
quatur daniel: apparet: cum subiungit. Throni po-
siti sunt: & libri aperti sunt. Aduentum uero primuȝ
esse humilem multis prophetarum oraculis: in supe-
rioribus demostrauimus: de quo illud dauidis. Ego
autem

autem ſum uermis: & non homo: obprobriũ hoīum: & abiectio plebis: omnes uidẽtes me deriſerũt me: lo cuti ſunt labiis: & mouerunt caput. Sperauit in dño eripiat eũ ſaluum faciat eũ: quoniã uult eum: quoniã tu es: qui extraxiſti me de uentre. Spes mea ab uberi bus matris mee: in te piectus ſum ex utero: de uẽtre matris mee deus meꝰ es tu: ne diſceſſeris a me: ſubdit multa ibidẽ ad idem manifeſtiſſime ꝑtinentia. Non nulli iudeoꝝ cum diuerſa de diuerſo aduentu oracu la legerent: duos meſſias introduxerunt. alteꝝ filiuꝫ ioſeph. i. ex ioſeph patre effraim longo ordine deſcen dentem paſſioni: cediqꝫ ſubiectũ. Alteꝝ deſcenden tem ex dauide: quẽ dauidis filiũ appellare conſueue rũt: q meſſiam alteꝝ occiſum ſuſcitet: regnũqꝫ iſrael potenter iſtauret. Sed hi mani feſte delirant: ſacre. n. littere ab uno: & per unũ: et ad unũ pendere uolũt ge neris humani ſalutẽ: & quando de meſſia loquunẽ fe re ſemꝑ dauidis: uel inde prolẽ uocãt: ioſeph uero pa tris effraim nunq̃. Hinc rabbi moyſes libro iudicũ ad ducens precipuas oẽs de meſſia ſententias concludit: meſſiã ex dauidis geneꝛ fore: nullamqꝫ alterius meſſie mentionẽ facit: inſaniunt igitur: qui fruſtra geminos introducũt: cũ ſufficiat unus. Quãto rectius nos per unũ ieſuꝫ ſufficiẽter iplemus uaticinia oia: q̃uis diuer ſa: & ſufficiẽter implemus. Ille ſiquidem ioſeph cuius dam quaſi adoptiõe: ſiue fama: & cuſtodia filius: fili us quoqꝫ dauidis regis ex matre: que deſcẽdit ex da uide iudicatus eſt a mũdanis ſemel hũilis: ſemel quo qꝫ mundum potentiſſime iudicabit.

¶ Iſaias. Erit lux lune ſicuti lux ſolis: non de tempore primi aduentus hic loquitur: in quo non erat conſue tus ordo mundi mutandus: ut alias diximus: ſed de

seculo post aduentũ christi secundũ. Non enim cessa-
bunt post ultimũ iudiciũ celestia corpora: uel elemẽta
sed motus: qui grã quietis est istitutus: atqꝫ erit. Deĩ
de exuberante lumine pulchrius uniuersum: adiũgit.
Tunc sanabitur uulnus populi et pcussura plage eius: qa
destruetur mortalitas ppter peccatũ prioꝝ parentum
nobis inducta. Omnes enim hoies ad immortalẽ ui-
tam resurgent: quod pphete plures apte prenunciãt
Rationes autem resurrectionis in theologia illa nra:
quam in agro regmano apud achatem nostrum ioan
nem chaualcantem composuimus: adduximus: ubi
etiam adiunximus zoroastrem: & mercuriũ: & plato
nem resurrectioẽm corpoꝝ predixisse: hebreoꝝ uero
pphetas plures hanc prenunciasse nemini dubiũ est.
¶ Isaias. Videbit semen longeuum.
¶ Dauid. Ponam in seculum seculi semẽ eius. In duo
bus his uaticiniis christus promittit spiritale semen:
non corporale: similiter sacerdotium: & regnum spi-
ritale: quando dicitur apud dauidem: Tu es sacer-
dos in eternum secundum ordinem melchisedech: &
põam thronum eius sicut dies celi. Rursus: sedes tua
deus in seculum seculi: uirga directionis: uirga regni
tui. Et paulopost subiungit: etiam quod pertinet ad
messie nomen dicens. Vnxit te deus deus tuus oleo le
titie pre consortibus tuis: ipse enim excellẽtius omni
bus regibus unctus: sacratusqꝫ est: scilicet quia a deo:
& in eternum. Merito autem supra dixerat: eum esse
sacerdotem secundum ordinẽ melchisedech: hic enim
melchisedech ĩ sacris uoluminibus sacerdos fuisse dei
summi refertur: sed qui non oleo communi perũctus
sit: neqꝫ qui ex successione generis susceperit sacerdo
tium: sicuti apud hebreos fieri mos erat: & deo secun
dum

dum ordinem illius christus sacerdos futurus predi-
citur: qui non olei liquore: sed uirtute celestis spiritus
cõsecretur.
Nathã quoq; iussus est a deo p̃dicere dauidi regi d' ip
so messia ex eius stirpe nasciturо talia quidem uerba
cum impleti fuerit dies tui: dormies cum patribus tu
is: & suscitabo semen tuum post te: quod erit de uen
tre tuo: hic ergo: qui post dauidis mortem nascitur:
salomon esse non potest: imo est messias rex eternus:
non temporalis: ut salomõ: & qui non tẽporale sicut
salamon: sed eternum deo templum edificat. Sequit
enim sic deus ad nathan. Et reparabo regnũ eius hic
edificabit mihi domũ nomini meo: & dirigã thronũ
eius usq; in eternum: ego ero illi in patrem: & ipse erit
mihi in filium scilicet quia messias dei filius magis est
q̃ dauidis: & paulo post addit. Et regnũ eius erit usq;
in eternũ corã me: scilicet quia i spiritalibus bonis nõ
corporalibus: ideo subiungit. Et thronus ei⁹ erit ere
ctus usq; in eternum. Hoc regnum maumethes intel
ligens melius: quã pertinaces iudei inquit in alcorão
Verbum dei iesus christus marie filius a creatore mũ
di missus est: ut esset gentium omniũ facies in hoc se-
culo: atq; futuro. Tale fuit iesu nazareni regnũ. qua
le a prophetis christo ꝓmittitur: ideo ipse ait: regnũ
meũ non est huius mundi. Pontificibusq; eius suc-
cessoribus in spiritalibus rebus proprie reliquit im-
perium: nec usq; ad mundi finem substantialis: &
precipua pontificum inquantum pontifices sunt: &
christi uicarii iurisdictio ulterius se extendit. Rerum
uero terrenarum dominatio & administratio ponti-
ficibus accessoria est: tanquam accidens: nõ in quã
tum uicarii dei: sed inquantum constantini cesaris

sunt heredes. Hec autem dicta sunt non ut aucto-
ritatem rerum temporalium pontifici adimamus: ha
bet enim re uera: quamuis tanq̃ accidens quoddam:
sine quo trecentos annos olim pontifex uerus fuit: at
q3 esse potest: sed ut tella iudeoruz hac ueritate facili
us deuitemus. Nam ubi daniel sub quattuor bestia-
rum figuris quattuor regna significat: per quartã be
stiam iudei omnes imperium romanũ intelligi uolũt:
quoniam uero daniel ait: quare tam bestiam destruẽ
dam fore per regnum a deo celi suscitandũ exponunt
iudei romanũ imperium in aduentu messie destrui de
bere. Addunt regnũ ecclesie idem oĩno esse: atq3 rõ-
manum: illud antiquũ: licet angustius. unde conclu
dunt impiũ regnũ esse postq̃ per messiã ab eis expecta
tum est dissoluendum. Quod quidẽ inde confirmãt:
quia daniel ait: ex quarta bestia cornu paruulũ pulu
lare: quod sermones contra excelsũ loquantur qualẽ
uolunt fuisse iesum: eiusq3 uicariũ. Huiusmodi uero
machinatio falsa est: tum qa regni romani ratio in re
bus corporalibus consistit. christiani regni ratio in re
bus omnino incorporalibus. Diuersa igĩ regna sũt:
unde etiã hodie imperatorem nostrum a pontifice di
uersum esse uidemus: tum qa daniel dicit: ꝙ illud cor
nu faciebat bellum contra sanctos: & preualebat eis:
quod de iesu: eiusq3 uicario ei simili dici nullo modo
potest. Adde quod ibidem daniel predicit quartã be
stiam perituram: quando ueniet ille quasi filius hois
in nubibus celi. Totum hoc in secundo christi aduen
tu est implendum: quando cum maiestate: & potẽtia
summa accedet ad iudicandum. Nullo autem modo
in aduentu primo: in quo non potens: magnificusq3
sed tanq̃ lapis abscissus et abiectus uẽturus a daniele
prenunciatur

prenunciatur Cornu uero illud antichristus erit: paruum scilicet: quia ex uiliori iudeorum fece antichristus trahet originem. Annectitur quarte bestie. i. tyrannice potestati: bestia enim hec tyrannidē uniuersam mūdi significat ab initio rome usqz ad mundi finē: que casura est una cum sūmo tyranno antichristo in secundo christi aduentu ad iudiciū circa finem mūdi: dicit eni daniel: iudiciū sedit: dicit rursus: statim finis. Sūt qui uelint cornu illo non modo antichristū: uerum ēt tyrannicam heresim: hereticamqz tyrannidem maumethis regis arabum significari: esse. n. imaginē antichristi: quemadmodū ioānes baptista fuit imago xp̄i Quod aūt quarta bestia tyrannidē uniuersaz in qualibet mundi parte a romanis primis exortam usqz ad antichristū: & mundi finem significet: ex eo patet: ꝙ omnes etiam iudei consentiunt per bestiam primā significari uniuersā mūdi tyrānidē ab initio mūdi usqz ad nabuchodonosarem. Exitus enim rerum exordiis ꝓportione quadam congruere debent.

¶ Cōtra iudeos: ꝙ mihi sūt i xp̄i uidictā. C. xxviii.

Si quis hebreorum historias consideret: reperiet eos nūq̄ graui calamitate oppressos fuisse: nisi quotiens scelus aliquod turpissimuz patrauerunt. Ante babyllonicam seruitutē in idolatriam inciderunt: uiasqz hierosolime urbis ꝓphetarum sanguine repleuere: quemadmodum in regum libro legitur: ceteraqz similia facinora commisere runt: propterea passi fuerunt seruitutem ānorum septuaginta in babyllonica regiōe. Deinde usqz ad tempora iesu christi nostri satis iuste uixere: quem non aliter tractauerunt q̄ prophetas ante illum eius gratia missos. Cum uero postq̄ iesum interfecerunt: diutius

acerbiusqꝫ q̃ unquam antea puniantur: necessarium est tũc illos scelus idolatria: & prophetaꝝ cede ima- nius patrauisse. Vnde hieremias: non audierunt me: nec inclinauerunt aurẽ suam: sed indurauerunt ceruicem: ac peius egerunt q̃ patres eoꝝ: quod quidem ostẽdit iesum uerũ messiam: & plusq̃ prophetam: & plusq̃ diuinum hominem: imo deum re uera fuisse. Dicite queso iudei: cur i uestro illo legum nouarum uolumine talmut: quod fere quadringentis post iesum annis composuistis: crudeliores aduersum christianos leges q̃ nero & domitianus excogitare potuerũt: statuistis? cum tamen non a christianis: sed a romanis idolatris dispersi fueritis. Cur tam uenenosis execrationibus nobis precipue ter saltem quolibet die in sacris uestris mala grauissima imprecamini: cum nos pro uobis oremus deum: & mitiores etiam q̃ maumethenses erga uos simus. Non putatis christianã legem maumethẽsi ignobiliorem esse: imo prestantiorem. Verum instigat animos uestros clam: ut arbitror: ipsa natura ad odium christianorum: qa uidelicet propter iesũ christum diuia uos iustitia dissipauit. Videre licet quo pacto christiane uindicte q̃uis inscii aditũ patefecistis: pfecto: quia inter uos multi propter impiam negligentiam: & ignorantiam scripturaꝝ inermẽ iesum fuisse uerũ messiã nõ crediderũt. Idcirco mox ul' expectãtes ut suetonius inquit: uel iã ut multi inter uos opiabãt habentes aliũ: qui armis potens esset a romanis audacter rebellauistis: ob quã rebellionẽ funditus euersa urbs: hoies occisi: dispersiqꝫ sunt. Hec habemus a suetonio. Perditi ergo estis: qa iesu christo nõ credidistis: quod quidẽ iosephi uestri uerbis possumus cõfirmare qui multa diuine in iudeos indignationis adducit signa:

gna:& miracula euidentissima:& horrẽda:atq; affir mat in sũma celebritate ñram urbẽ ierosolimã: ĩ quã tunc azimorũ gratia tota ferme iudea cõfluxerat: ob sessam a romanis fuisse. Certũ est aũt iisdẽ dieb⁹ uos iesum supioribus annis interfecisse. Addit titũ:q ob sederat urbẽ solitũ dicere: ꝑpter multa portenta deũ ita esse iudeis iratũ:ut timeret: ne ei quoq; irasceret: si iudeis ignosceret. Itaq; licet titus nõ esset:similiter ꝙ uespasianus: tñ ĩpellẽte deo crudelius: imo iustius actũ est:quã romani unquã alias cõsueuerint. Si qdẽ in ea urbe perierunt fame: ferroq; supra undecies cẽtena iudeorũ milia: uenũdata uero sũt plura q̃ nonaginta milia captiuorũ: hec iosephus: q & iterfuit:atq; eu se. Addit iosephus hec:cũ titus circumiẽs ꝑuidisset repletos mortuorũ cadaueribus uallos:& hũani corpis tabo patriã terrã rigari: cũ igenti gemitu eleuatis ad celũ manibus deũ iuocat testẽ:hoc suũ opus non esse. deide ita subiũgit. Arbitror eqdẽ: ꝙ ẽt si aduersũ impios romanorum paulisper arma cessarent: aut hiatu terre: aut aque diluuiis:aut sodomitanis ignib⁹: & fulminibus celitus missis mortis supplicium ciuitas pependisset:que mł'to infaustiorem illis: qui talia perpessi fuerant:& nequiorem uirorum presentẽ hãc protulisset deitatem:pro quibus et omnis gens pariter mereretur extingui. Idem cõfirmat philostrat⁹ in uita apollõii teanei his uerbis. Tit⁹ captis hierosolis oĩa circũ loca cadaueribus cõpleuerat:finitime aũt gẽtes ob uictoriã coronare eum uoluerant: ille uero tali honoř ĩdignũ se esse respõdit. Nõ.n.se fuisse taliũ operum auctorem:sed deorum iracundiam contra iudeos demonstranti suas manus prebuisse: hec philostratus. Adfuit in ea obsidione uespasianus:qui cum ur

be deleta: de iudeis triumphauisset: quēadmodū sue to. narrat: statim corā populo duo fecit miracula. Nā cecum & claudū tactu solo curauit: is tamen neq̨ antea unq̄: neq̨ postea tale aliquid fecisse narratur: quasi diuino auxilio miracula illa fecerit: statim cū diuino impulsu christianū sanguinez uendicasset. Quamuis enim satis iustus esset: nō tamē ea uel sanctimōia: uel doctria: & arte: ut miracula posse facere uideret. Clemens & egesippus apostolorū discipuli scribūt: iacobum fratrem domini usq̨ adeo iustitia prestantē opione oium extitisse: ut & iudeoruz prudentissimi quiq̨ crederēt: hanc cām fuisse oppugnatiōis hierosolymorum: sub uespasiano statim post necē iacobi consecute: ꝙ in illū sceleratas māus iniecissēt: & iosephus ita sibi uideri per hec euidēter iudicat. Que oia iquit acciderūt iudeis ꝓuidicta iacobi iusti: q erat frater iesu qui dicitur christus. quē iustissimū: & piissimū oium confessiōe uirū iudei iterfecerūt. hec ille. Quod autē christiani sanguis iudicādi causa deus eos ꝑdiderit: ex eo patet: ꝙ nullū aliud illis tꝑibus facinus patrauerūt: cuius cā deus illis tā acriter uideret indignari debere: idignatus tamen erat oio: ꝙ iosephus ille: q aderat in septimo belli iudaici libro sic aperit. Infelici inq̄t plebi deterrimi quidā homines: & deceptores falsa uaticiantes suadebāt: ut euidētibus signis: & idiciis iracūdie: & idignatiōis diue non crederēt: q̄bus aperte futuꝝ: & urbis: & gētis portēdebatur excidiū: sed uelut amētes: q neq̨ oculos: neq̨ aiam hn̄t: spnebāt oia: q̄ celitus nūciabant. Eteni stella ꝑfulgēs gladio ꝑ oia silis iminere desup ciuitati: & cōetes ꝑterea exitialib⁹ flāmis ardere ꝑ totū uisus ē annū. Sed & āte excidii tēpus: ac belli: cū populi ad diē festū azimorū conuenirent

uenirēt:octaua die mēsis xandicis:qui est aprilis: noctis tempore:hora nona:tātus luminis fulgor circa arā tēplumqꝫ factum:& pmansit spatio hore dimidie: quod circūdedit:ut putarent oēs diē clarissimū:iperitis quidē:& ignaris prosperꝝ uidebatur. Sed legisperitos:& doctos:& pbos quosqꝫ doctores nō latuit exitiale portentū. In eadem quoqꝫ festiuitate uitula sacrificiis admota:& aris assistēs inter ipsas mistrorꝝ man⁹ enixa ē agnā. Sed et ianua iterioris cedis:q̄ respiciebat ad orientē:cū esset ere solido iduta: ac pindꝰ imensi pōderis:cū uiginti uiris sūmo conatu impellētibus clauderet:ferreis quoqꝫ uectibus:& seris munita:ac pessulis in altum demissis teneretur obstricta repente hora noctis sexta apparuit sponte patefacta Sed & transacto die festo: post aliquot dies: prima: & uigesima die mensis artemesi:idest maii prodigio sus apparuit uisus:& fidem pene excedens:quod certe falsum putaretur:nisi oculorū fidem confirmasset malorū cōsecuta pernicies: & enim ppe solis occasum uisi sicut currus:& quadrige in oēm regionem p aera fieri:& armatorū cohortes misceri nubibus:& urbes circundare agmibus improuisis. In alio autem die festo:qui pentecostē appellatur:noctu sacerdotes igressi templum ad mysteria ex more complēda:primo qdem motus quosdam:strepitusqꝫ senserunt:cum deinde uoces subitas audiunt:dītes: migremus hic. Additur iis aliud terribilius:eteni quidā ananie filius ioannes nomie:uir plebeius:et rusticus ante quartū belli annū:cū ciuitas ī pace:& abundātia pduraret:i die festo tabernaculorꝝ repēte clamare cepit:ueh ab oriēte:ueh ab occidēte:ueh a quatuor uētis: ueh sup hierosolymā:& sup tēplū:ueh sup spōsos:et spōsas:ueh

ſuper populū: & indeſinenter die noctuq; per oēs pla
teas circumiens hoc clamabat: uſq;quo quidam pri
mores ex populo uiri: uelut īfauſti preſagii īdignatio
ne cōmoti: correptum hominē uerberibus multis af
ficiūt. At ille nequaquam pro ſe aliquid loquens: ſed
ne eos qdē: qui circunſteterāt: deprecans: eaſdem uo
ces pari obſtinatione: & clamore repetebat. Tum prī
cipes intelligētes: ut referat numis eſſe mot⁹ in uirū:
pducūt eum ad iudicem ro. apud quē flagris ad oſſa
uſq; laniatus: neq; pces lachrimis fudit: ſed eādē uo
cē miſerabiliter: & cū quodam ululatu emittēs p ſin
gula pene uerbera proferebat: addens etiam hoc ueh
ueh hieroſolymis: hucuſq; ioſephus. Sed āte illum ie
ſus mala hec ita predixerat. ueh pregnātibus: & nu
trientibus in illis diebus. Orate autē: ut nō fiat fuga
ueſtra hyeme: neq; ſabbato: erit enim tunc tribulatio
magna: qualis neq; fuit ab initio ſeculi hucuſq;: neq;
erit. Videns igit̄ ieſus ciuitatē fleuit ſuper eā dicens: ſi
agnouiſſes & tu in hac die: que ad pace tibi ſunt: nūc
autē abſcoditum eſt ab oculis tuis: quia uenient dies
ſup te: & circūdabunt te inimici tui uallo: & circun
dabunt te: & purgebūt te undiq;: & ad ſolū deducēt
& filios tuos: in te erit neceſſitas magna ſuper terram
erit populo huic: & cadent in ore gladii: et captiui du
cent̄ in oēs gētes: & hieruſalē erit cōculcata a gētibus
quouſq; cōpleant̄ tēpora gentiū. Cū aūt uideritis cir
cūdari ab exercitu ieruſalē tūc ſcitote qa appinqbit
deſolatio eius. Predixit et his alia ſimilia: q̄ ſiqs cum
ioſephi hiſtoria cōferat de xp̄i dinitate dubitare non
poterit. Quid p̄terea dicetis ad hec o miſi: q non ſe
mel tantum afflicti eſtis: aut breue tempus: quemad
modum ſolent: qui pro delictis humanis penas dāt
ſed

ſed tanq̃ ſempiterno deo penas pro leſe maieſtatis cri mine dantes:& ubiq;:& ſemper miſerabiles oberra tis. Neq; id quidem iniuria:ſemper enim peccatis:tũ quia ptinaces eſtis:tũ quia myſterio chriſti d'trahitis Quãuis autẽ multe nationes chriſtiane his obſtiterit rigidius tamen uos q̃ alii iure pũiti eſtis:& puniemini quia olim ſup ceteros honorati a deo: nimiũ ingrati fuiſtis:pphetas occidiſtis:chriſtũ primi oĩum chriſtia nis:tum in iudea rapinis:& nece:tum ubiq; gentium inſidiis aduerſati eſtis. Excitabatis ubiq; contra eos gentium uires:unde & exẽplo:& inſtigatiõe multoꝝ iudeorum chriſtiani paſſim lacerabantur. Verum ce leſtis dux exercitum ſuum undiq; obtruncatis miris modis inſtaurabat: & mirifice augebat. fuiſſe au tem uos in chriſti uindictam diſſipatos. Maumethes etiam confitetur :qui ait in alcorano: deum eripuiſſe ieſu animam ex manibus iudeorum : reduxiſſe ad ſe atq; exaltauiſſe : ſectatoreſq; chriſti pſecutoribus pre poſuiſſe etiam uſq; ad mundi iudicium atq; finem de creuiſſe inſuper incredulos iudeos omni uindice : tu toreq; priuatos in hac uita : & altera cruciatibus ſũ mis affligere. Sed audite moyſen ueſtrũ egyptium in libro iudicum ordinariorum ita dicentem. Ieſus na zarenus uiſus eſt eſſe meſſias : ac ſententia iudicum interfectus :cauſa fuit:ut deſtrueretur iſrael gladio: hec ille. Verum diuina iuſtitia q̃uis ſtatim poſt ieſum ferme ſingulis annis uſq; ad titũ diuerſis:& grauib⁹ calamitatib⁹:cedibuſq; noſ oppreſſerit:q; florus ioſe phus:philo:euſe. oſtẽdunt:tamẽ ſũmum illud ur̃e ur bis excidium anno poſt ieſũ quadrageſimo ideo diſtu lit:ut & uos penitentie tempus haberetis:& chriſtiãe legis exordiũ ex tãta urbe ueſtra:& ſemota reꝝ:tẽpo

rumq; ɔfusiõe cũctis seculis clarius inotesceret. Factũ est ẽt ut stante urbe uiolẽtius a uobis torq̃ri xp̃iani potuerit: exactiusq; ꝓbari. Puniuit ãt uos xp̃s idolatrarũ mãibus: nõ xp̃ianoꝝ: ut oñderet xp̃ianos suos absq; ulla uiolẽtia: & uiuere debere: & posse regnare: atq; tã miraculose pũiuit: ut nihil miserabilius uel unq̃ fuisse: uel fore tã xp̃s p̃dixerit: q̃ iosephus cõfimauerit. Legite qntũ de his rebus iosephi librũ: uidebitis ẽt matres fame filios deuorasse. Sed ut breuibus oia cõprehẽdã: nulla excogitari põt tragedia luctuosior: atq; hanc qdem miseram i christi uindictã fore plebs olim uestra predixit. Nam cũ pylatus ait: innocens ego sũ a sanguine iusti huius: uos uideritis: illi respõderẽt: sãguis eius super nos: & super filios nostros. (c.xxix.

Resumptio ꝓbationis d̃ xp̃iana uidicta i tria capita.

QVoniã uero uarias quotidie huius uestre calamitatis causas diligenter excogitatis: quo cedis christiane culpam subterfugiatis: rem omnẽ ab initio repetentes in tria capita colligamus. Tria potissimum in eo scelere: cuius culpa dispersi estis: concurrere oportere necessariũ arbitramur. Primum quidem illud: quod ab initio tetigimus: qd̾ uidelicet multo grauius sit: q̃ ea culpa: ob quã olim in babylloniam dispersi fuistis: & tanto saltem grauius quanto cõditio uestra post iesum deterior est q̃ i ea dispersione. Calamitas hec a cede uestrorũ inenarrabili: & uilissima uenditione traditur incepisse sepe quidẽ alias: & grauiter ante titum: et post iesum maxime uero ierusalem sub tito & in mesopotãmia sub traiano: & biter sub adriano: passimq; sub gallo: quod quidẽ in ea: que ante christum fuit non contigit. Addite qd̾ sub claudio ultra ceteras calamitates etiam fame extrema:

trema: ut inquit lucas: uos deus oppressit: quā quidē claudii tempore magnam fuisse in iudea etiā iosephus asserit. Rursus in aliis dispersionibus duces uestri generis honoratos passim habebatis: legitimūq́ꝫ sacrorum uestroꝝ cultum integrum seruabatis: in hac uero nequaquam. Preterea uos deus tunc prophetaruꝫ missione cōsolabitur: qui uel citam liberationem pollicebantur: qualis hieremias: atq́ꝫ ezechiel: uel iā instantem monstrabant: qualis daniel: esdras: ageus: & zacharias. Ex quo apparet: deum uos tunc tanq̄ filios habuisse; non ut hodie tanq̄ hostes. Nullum enim post iesum prophetam habetis; quod uobis minatus est psalmus: iam non est propheta: & uos non cognoscet amplius. Cur deus uos uita: maxima ex parte: atq́ꝫ sacerdotio: regno: prophetis iā diu omnino priuauit? ut ostenderet uos omnis diuine spei: hereditatisq́ꝫ expertes: tanq̄ rebelles iam pridem reprobauisse. Quomodo ergo messiam ab eo expectarī potestis? quo messie precones: & similitudines minime impetratis. Postremo alias ad breue quoddam tempus; & ad regiones quasdam post iesum ad longissimum: imo ad uniuersum: perq́ꝫ omnem orbē estis exterminati: utpote qui in deū ipsum: qui semper: & ubiq́ꝫ est: cum peremistis iesum: proprie deliquistis; cum occidistis prophetas: in dei nuncios peccauistis: cum coluistis idola: regnum deo: quantum in uobis fuit: abstulistis: quid reliqui uobis superat: nisi ut in personam dei propriam seuiretis? Si igitur occidentes iesum scelus cōmisistis prophetarum cede: & idolatria: maius tunc certe seuistis in deum: atq́ꝫ econuerso: si quando manus in deū impias iniecistis: tūc solum id fieri potuit: cū iniecistis in iesum: qui solus in orbe terraꝝ solis uirtutibus: p-

digiisq; esse se uerum summi dei filium: deũq; mõstra uit. De primo hactenus dictum sit. Secundo uero lo co ad culpã hanc uestrã: ob quam miseri exultatis per tinet: ut uobis oĩbus: ubiq;: & semp cõmunis sit: sin guli enim cõtinue ubiq; gẽtiũ miseram uitam ducitis Nullum uero aliud scelus excogitari potest: quo sin guli: assidueq; infecti sitis: nisi ꝙ uitã iesu: suorumq; discipuloꝶ iprobatis: cedem uero probatis: quam ob causam christiane cedis participes estis: quod qdẽ ita tetigit hieremias. Quid uultis mecũ iudicio contende re? omnes enim uos deliquistis in me. Cũ uero uitulũ in oreb fabricatũ: uel prophetarum cedes: uł alia que uis maiorum uestrorum imania scelera uituperetis? ca reatisq; omni inclinatione: seu ad prophetas occiden dos: seu ad idola fabricanda: sequitur ut nullo modo scelerum illorum proprie participes sitis. Delirant igi tur qui uos propter idola culta: uel prophetas occisos hac calamitate pressos existimant. Tertium uero: qđ ad culpã tante miserie causam attinet: esse uidetur: ut occulta sit: uobisq; ignota: siquidem in libro illo tal mutico: qui iscribitur magni laquer iter: cur in babyl lonia peregrinantibus afflictionis terminus predict⁹ fuit: quod ita hieremias testificatur. Postq̃ cõpleti fue rint in babyllone septuaginta anni: uisitabo uos: pe regrinantibus aũt post titum: nullus unquã miseriaꝶ predictus est finis. Ad hoc ibi sic breuiter respondet: tunc illis finis malorum ostensus est: queãdmodũ & culpa: ob quã mala patiebantur aperta: his aũt qui bus ignota culpa est: ignotus & finis: hec ibi. Nullum uero aliud cõmune scelus uestrum omnino est omni bus uobis ignotum: preter id: quod in iesum uestri cõ miserunt: ac uos approbatis. Non solum enim maluz

id esse

Id esse nescitis: sed cũ pessimũ sit: optimũ esse putatis.

Confirmatio rerum nostrarum ex iudaicis contra iudeos de sacris libris. Cap. xxx.

CIrcũfertis iudei passim: ac semper: deo uolente: hebraicos propheta℞ libros: ex quib⁹ intelligere licet cuiqꝫ christianos prophetarũ uaticinia non finxisse: quod tetigit dauid. Deus meus demonstrauit mihi d̄ inimicis meis: ne occideris eos: ne quando obliuiscantur legem tuã: dispge eos in uirtute tua: sic igitur inuiti testes estis nostre ueritatis ubiqꝫ. Habemus & nos sacras prophetarũ litterras a pluribus post christum translatas in grecũ eloquium: & latinuꝫ. Habemus insuper translationẽ illam apud ptolomeum regem factã annis pluribus q̃ trecentis ante christum a duobus & septuaginta iudeis ex omni populo ab eleazaro põtifice electis: tãquã omnium prestantissimis: quod grecus aristeus regis illius familiaris: qui & interfuit: ac iosephus scribit. Addunt regem translationis huius gratia: centum milia iudeorum: qui in egypto seruiebant: a seruitute suis pecuniis redemisse: munera incredibilia templo: pontificiqꝫ donasse: traductores mirum in modum honorauisse: qua ego translatiõe libentius utor ut perfidam hanc plebeculam iudaicam cum egregiis illustrium iudeorum illorum armis conuincam: neqꝫ putandum est: uolumina illa a christianis: que iam pridem per orbem sparsa erãt: uiciata fuisse: a primis presertim: qui ea tanq̃ rem celitus missam uenerãtes eorum misteria sanguine d̄fendebãt.



De miraculis.

VEnio ad miracula: q̃ nõ negatis qdẽ: ĩmo in pluribus historiis uestris tã apostolos q̃ iesũ

fecisse miracula cõfirmatis. Sed quidā inter uos aiũt: iesum medicum apud egyptios in pueritia paucis annis ad summum magiam didicisse: rem supra modũ arduam: quam tot: tantiqꝫ philosophi illuc undiqꝫ confluentes: in etate etiā perfecta: multis ānis: uel minima ex parte discere non potuerũt. Quis nam magꝰ alias cũ publice sũma cũ ignominia cõprehensus occisusqꝫ fuerit: asseq statim potuit ut sũmus deus passim haberetur: qui nā magia usi sũt: rudes piscatores illi iesu mortuo: quos miracula fecisse necessariũ est: alioqn iesus interemptus auctoritatē breui oēm penitus amisisset. Si magi erāt: cur nõ ut solent ambitiosi homines: se ipsos potiusq̄ iesũ p̄dicabant: medicũ: publice infami morte ꝑemptũ: q̄ uero arte: aut rustici piscatores illi paulũ: & apollo iudeos hoium oium doctissimos: multosqꝫ alios: ualde eruditos & claros ad sustinendā mortē irretiuerunt? aut paulus hierotheuꝫ: & dionysiũ areopagitā phõs platonicoꝝ oium excellentissimos: ceterosqꝫ similes similiter illaqauit? q̄ iocũditas: que utilitas illis magie ꝓposita erat quotidie nõ sui: sed xp̄i amore picitātibus? Vnde iustinus phũs excellēs in libro: quē ad antoniũ imperatorē ꝑ nostra religione scripsit inqt. Ego ipse lectis platonicis institutus audiens uitupari xp̄ianos: ac uidēs eos impauidos ad suscipiendā mortē: atqꝫ oē supplicium tollerandũ: considerabā ꝙ impossibile esset eos in malitia: & in libidine conuersari: hec ille: Sed audire libet tertullianum tēporibus iustini ꝓpinquũ ad romanos iudices ita clamantē. Omne malũ: aut timor̄ aut pudore natura perfuderit: deniqꝫ malefici gestiũt latere: deuitant apparere trepidant deprehensi: negant accusati: nec hosti quidem facile: aut semper cõfitent̄

Certe dānati merent dinumerant in semetip sos mentis male impetus: uel fato: uel astris imputant. Nolūt eniꝫ suū esse: qa malū agnoscūt: xp̄ianis uero qd simile neminē pudet: neminē penitet: nisi plane retro non fuisse. Si denotat̄: gloriat̄: si accusat̄. nō defendit. interrogatus: uel ultro confitet̄: dānatus gratias agit. Quid hoc mali est ꝙ naturalit̄ mali non hēnt timorē pudorem: tergiuersationē: penitentiā: deplorationē. Quod hoc malum ē: cuius reus gaudet. cuius accusatio uotum est: & pena felicitas. Redarguit preterea gentilium iudicum temeritates: ꝙ christianos nullo unq̄ crimine comperto: ob solum secte nomen crudeliter condemnarent. Quod autem huiusmodi secta sentiret: neqꝫ ipsi inquirerent: neqꝫ uellent a christianis audire. Deniqꝫ: ut alias dixi: finis huius disciplinę sanctissimus manifeste declarat: non magiam: sed diuinitate christum: eiusqꝫ discipulos miracula effecisse. Extat apud uos liber de iesu nazarēi uita: i quo legitur iesum inter alia miracula: que illic multa narrantur: ēt mortuum suscitasse: quia uidelicet solus recte ꝓnunciare sciebat nomen illud dei proprium: qđ est apud uos pre ceteris uenerandū: & quia quatuor solum litteris cōstat: & illis quidē uocalibus difficillime oium pronūciatur sonat aūt ferme in hunc modū Hiehouahi: idest fuit: est: erit: atqꝫ hec maior hebreorum pars opiatur. Si ita est: cum nihil apuduos hoc nomine sanctius habeatur: ideoqꝫ nequeat prophanum aliquid confirmare: absqꝫ dubio diuina est christi nostri doctrina: que sicuti uos dicitis: diuinissimi illius nominis uirtute sicuti autem nos asserimus: dei uirtute coaluit.

¶ Testimoniū ioannis baptiste & iosephi.


Esinite iam delirare iudei tã insani: q̃ mihi: creditis ne diuio illo uiro: quẽ totus sine cõtrouersia mũdus honorat: ioanni baptiste: q: ut ait iosephus: erat re uera: atq3 publice habebať: oium exẽplar uirtutũ. Ad quẽ tanq̃ ad oraculũ plurima iudeoꝝ: ceterorũq3 turba undiq3 cõfluebat: hec iosephus uester. Ioães ãt iste iesũ nazarenũ esse messiã palã ꝓcul dubio affirmauit: iussitq3 oẽs eũ sequi alioqn oẽs: q tunc de iesu locuti sunt: exordiũ a ioannis testimonio: & confirmatione fecissent: eumq3 miris laudibus celebrassent. Patet aũt cuiq3 uitã iesu simul: atq3 ioannis ab euangelistis narrari: hoꝝ amicitiã cum etiã maumethes non ignoraret: utriusq3. s. ioãnis baptiste: ac iesu ortũ: uitã: laudes i eodẽ alcorani capitulo decãtauit. Appellauit iesum spũm: uerbumq3 dei: ioannẽ ibidem ait: magnũ esse prophetã: diuini uerbi confirmatorẽ: & certe ita cõfirmauit: ut primos discipulos suos a ioanne iesus habuerit. Deniq3 audite qd iosephus uester in libris de antiquitate iudaica: quos grece scripsit de xp̃o loquať Sicut ẽt ante constantinũ in antiquis tã grecis exẽplaribus: q̃ latinis legebať: & legiť: qď hieronymus: eusebiusq3 testantur: neq3 uitari tantũ poterant libri: q tam late sparsi erant: & in summa auctoritate ab oibus habebantur: eo presertim tempore. quo christiani calũniatoribus ubiq3 maxie oium subiciebantur: neq3 tamẽ a quoquam inimicoꝝ notatos illos reperio: quod uel iosephi: uel prophetaꝝ libros corruperint. Sed ueniamus ad iosephum. Fuit inquit hisdem tẽporibus iesus sapiens uir: si tamẽ uirum eum noiare fas est: erat enim mirabilium operum effector: & doctor hominũ coꝝ: qui libenter: que uera sunt audiũt: & multos q

dem

dem iudeorum: multos etiam ex gentibus sibi ad-iunxit. Christus hic erat: aliter credebatur hunc accusatione primorum nostre gentis uirorũ: cũ pilatus in crucẽ agendum esse decreuisset: nõ deseruerũt: ut qui ab initio eum dilexerũt. Apparuit enim eis die tertio iterum uiuus queadmodũ diuinitus ĩspirati prophete: uel hec: uel alia de eo ĩnumera miracula futura esse predixerant. Sed in hodiernũ diem christianorũ qui ab ipso nũcupati sunt: & nomẽ perseuerat: & genus: alibi quoqꝫ sic ait. Ananias iunior proteruus: & insolens moribus fratrem iesu: qui dicitur christus: nomine iacobum: & alios q̃ plurimos quasi contra legẽ agentes accusans tradidit lapidãdos. Qui autem uidebãtur esse moderatissimi ciuitatis: & circa legis integritatem habere sollicitudinem: grauiter hoc tulere: miseruntqꝫ latẽter ad regem rogantes eum: ut scriberet ananie: ne talia ꝑpetraret: cum neqꝫ prius recte fecisset. Hec iosephus in uigesimo antiquitatũ libro.

¶ De resurrectione christi.

Cetera quidem miracula iesu: quia sepe: & multa: & corã populo facta sunt: & decantãtur a multis: negare non audetis. Resurrectionem autẽ: quis multi de illa scripserĩt tamen quia non omnibus nota fuit: omnino negatis: hanc tamen a iosepho negatam uidetis. An nescitis corpus illud iesu: qđ post rsurrectionẽ ĩmortale diuinũqꝫ oĩno fuerat effectũ: non decuisse quorũlibet mortaliũ oculis: sed ab illis duntaxat uideri: qui statuti testes aliis a deo fuissent. Viderunt autem iesum ex mortuis suscitatũ .xl. diebus sepe & pluries: neqꝫ solum apostoli: uel discipuli uerum etiam plures q̃ qngenti fratres simul congregati: quod testatur paulus

apostolus dicens: multos illorum adhuc: cum illa scri
beret: uiuere. Resurrexisse uero iesum non illi solū te
stantur: uerū etiā mille hominū milia tam iudeorū q̄
gentilium: qui sicuti: & illi pro sola iesu publice: igno
miniosequ interfecti gloria certam acerbissimāq; mor
tem libentissime subierint. Deridenda est igit̄ ficta il
la a uobis historia: discipulos corpus eius sepulchro
surreptū in hortis inter herbas occultauisse: sed pau
lo post ab exploratoribus ad hoc ipsū a pontifice mis
sis fuisse repertū. O imprudentes nimium: & inepti:
cur cadauer illud in foro non suspendistis? si delere ie
su gloriam penitus studebatis: sic enim omnes subito
nazarenam sectam deseruissent.

¶ Confirmatio trinitatis dei: et diuinitatis christi ex
iudaicis. Caput. xxxi.

QVid diuinā trinitatē uituperatis: uestrorum
mysterioꝝ prorsus ignari? legite uestrorū in
terpretū cōmentaria super psalmū: deus de⁹
dominus locutus est: & uocauit terram. In
illis. n. q̄rit̄: quā ob causā psalmus ter uocat deū: atq;
respondet̄: ut uidelicet ostēderet: deū tribus his noi-
bus seculū creauisse: secundū tres proprietates: q̄bus
creatus est mūdus: he uero sūt sapiētia: sciētia: & pru
dentia: sicut legit̄ in ꝓuerbiis salomōis. Dominus ī sa
pientia fundauit terrā: ordinauit celos ī prudētia: &
in scientia sua abyssi erumpūt. Ter quoq; nominat̄
deus ī exodo. Ego sum dn̄s deus tuus: deus zelator
ecce tria diuina nomia secundū tres dei proprietates:
quibus constituta sunt omnia Legitur similiter in li-
bro iosue. Deus deus dominus ipse scit: hec ibi. Simi
lem expositionē in cōmētariis uestris ī genesim repie-
tis: in ea ꝑte ꝓcipue. In ꝑncipio creauit de⁹ celū et ter
ram: ubi

ram: ubi rabbi eliazar inqt. Non est creatus mũdus: nisi per uerbũ: uel cũ uerbo dei: sicut hẽtur in psalmo uerbo domini celi firmati sunt. Et sequit̃ ibidẽ rabbi simeon inqt: inspirauit: uel insufflauit deus spũm sanctum: & creatus est mũdus: sicut in psalmo legit̃. Spiritu oris eius oĩs uirtus: aliter exercitus eorũ: hec ibi. Negatis deum filiũ naturalem. i. eiusdem nature habere: deus tamẽ in psalmis ait. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Neque hoc de angelis: animisqꝫ dici potest: qui non geniti: sed creati sũt. Non enim de substantia dei: sed de nihilo processerunt: ideo & si quãdoqꝫ dicunt̃ in sacris litteris filii dei: nunq̃ tamẽ a deo dicunt̃ geniti. Dixit autem hodie: idest in eterno: hodie: scilicet in presenti illo eternitatis statu: qui neqꝫ principium habet: neqꝫ finem: quicquid enim ex substãtia dei est: & intra deum: eternum est. Ideo in psalmo: deus iudicium tuum regi da: ubi manifeste de filio dei tractatur: de ipso filio dicitur: erit nomen eius in secula: & ante solem permanet nomen eius. Quod autem de filio dei eterno sit sermo: illud declarat: ꝙ ubi translatio nostra dicit: permanet: hebraicus textus habet ynnon: que quidem dictio a nyn deriuatur nyn filius est. ynnon ergo quid aliud significat q̃ filiũ progenitum natum: atqꝫ absolutum: quod deus filium habeat: salomon in prouerbiis testimonio est. Quis ascendit in celum: atqꝫ descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in uestimento? quis suscitauit omnes terminos terre? quod nomen est eius? & nomen filii eius? si nosti: audite insuper isaiam ad deũ ita clamantem. Sanctus: sanctus: sanctus dominus deus sabaoth: ter sãctus trinitatem diuinarum significat personarum.

Dominus in singulari unicam d'i substantiam. Plena est ois terra gloria eius: hoc adsumptionē hois a uerbo dei factam significat: nā ibidem isaias deū in throno sub figura hominis collocat. Vt aūt ostēderet uos mysteria huiusmodi nō satis ītellecturos: adiungit de cecitate: surditate: pertinacia uestra multa: que narrauimus alias. Inducit et alibi deum ita loquentem. Accedite ad me: audite hec a principio: non in abscondito locutus sum: ex tempore quo facta sunt: ibi eram: & nūc dn̄s deus misit me: & spiritus eius. Ille ergo: q a principio scilicet legis: non est locutus in abscōdito scilicet quia palam in monte sinay: omnibus audientibus: qui & illo tempore ibi erant: uidelicet ipse de⁹ legis auctor nunc a deo mittitur: idest filius deus genitus a patre deo naturā assumit humanam. Spirit⁹ etiam dei hunc mittit: quoniam per spiritum sanctū facta est dei: hominisq; coniunctio. Quilibet istorum qui mittunt: necessario deus est: quando qui mittitur est deus: & quāuis deus unus sit: aliqua tamē licet incogitabilis distinctio est inter eos: qui mittunt: atq; illū: qui mittitur. Quod aūt qui hic inducitur: tanq̄ loquens sit ipse deus: patet per antecedentia: dicit eniz: ego primus: & ego nouissimus: manus mea fundauit terram. Patet etiā per sequentia: nam post omnia que adduximus: subditur. Hec dicit dominus redemptor tuus: sanctus israel. Sed audire licet dauidē ita clamātem. Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua quo fugiā? si adscēdero in celū ibi es: in qbus uerb spūm dei ubiq; uult esse: iudei autē & christiani solum deū ubiqz esse uolunt. Constat igitur spiritū illum non spirationem quandam extra deū: sed spiritū sāctuz: deumq; existere: de quo inquit iob. Spiritus dei fecit me: & spiraculum

lum oĩpotentis uiuificauit me: facere aũt hominem. i. animũ: atq; uiuificare: solius dĩ officiũ est. Preterea in uestris illis super genesim cõmentariis queritur: quid sit spiritus ille dei: qui ferebatur super aquas: ac respõdetur ibidem: messie hic spiritus est: de quo apud isa-iam legitur: & requiescet super eũ spiritus domini: spiritus sapientie & intellectus: hec ibi. Ex quo patet: et spiritũ illũ deũ esse: & messiam esse deũ. Item in eisdez cõmẽtariis rabbi simeõ dicit. Quid est illuo d: qud in psalmo legitur: spiritu oris eius oĩs uirtus eoꝝ: & re-spondetur: hoc est inspirauit deus spiritum oris sui: & creatus est mundus. Accedit ad hec: ꝙ rabbi moyses gerundensis exponens. In principio creauit deus celũ & terram: iquit in principio: idest in sapientia: que est principiũ principioꝝ. Atq; ideo in trãslatione ierosolimitana loco eius quod est in ꝑncipio habetur in sapia Quod autez in deo sit sapientia quedam a deo concepta ab euo tanq̃ proles salomon propheta sic aperit: sapientiam inducens ita loquentem. Audite quia de rebus magnis locutura suz. Deus possedit me ĩ initio uiarum suarum antequam quicquam faceret a principio: ab eterno ordinata sum: & ex antiquis antequam terra fieret. Non dum erant abyssi: & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant: nec dum montes graui mole constiterant: ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram nõ fecerat: & flumina: & cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderam: quãdo certa lege & gyro uallabat abyssos: usq; ad eam partem: cum illo eram cuncta cõponens: letabar autem coram ipso in omni tempore. In iis patet: quod sapientia huiusmodi ab euo nõ modo cõcepta erat: sed & parturiebatᷓ: imo tãq̃ absoluta

iam aderat: et letabatur: & tāquam suo quodā pacto a generāte distincta: cum illo erat: & cūcta componēs tanq̄ ipsa sit deus. Que quidem licet a patre gignatur semper tamen cum patre simul extitit: que enim sine motu fiunt: momento efficiuntur: talia uero dum fiunt iam sunt: quemadmodum aer dum illuminatur iam illuminatus est: & ueritas: ratioq; rerū dum intelligitur: iam est intellecta. Verbū ergo ratioq; ipsa dei qa & sine motu & itelligibili modo gignitur: dum cōcipitur iam parit: dū paritur simul adest: simulq; cuncta cōponit. Antiquissima apud patres uros hec snia fuit: si quidē moyses ait. In principio creauit heloym: & cetera: heloym plurale est: singulare eni eius est heluel creauit singulare. Nempe quia in una et simplici dei essentia est quidā numerus personarū: ideo moyses: & alii multi hebreorum in solo deo hoc modo loquēdi usi sunt noie quidē plurali: & singulari uerbo: atq; econuerso utentes. Significatur similis in deo numerus etiam ultimo iosue libro. Non poteris seruire domio: quia deus sanctus ipse: hebraica ueritas hēt. quia heloym sancti ipse. Rursus hieremias. Peruertistis uerba dei uiuētis domini: exercituū dei nostri: hebraica ueritas habet: heloym haym: idest deorum uiuentium. Quod aūt sequitur habet singulare: sicut nos habemus: iungitur nomen dei plurale uerbo plurali in regum libro secundo. Que est gens: ut populus israel: propter quam iuit deus: ut redimeret sibi in populum. Veritas hebraica dicit: iuerunt heloym: idest dii. Itē in ecclesiaste legitur. Quis est homo: ut possit seq r̄gem factorem suum: hebraicus testus dicit: quis est homo: ut intret post regem: qui iam fecerunt eum. Dauid cum deo ipsi dicit: unxit te deus deus tuus

oleo

o'eo letitie: nonne differentiã quandam ponit in deo inter eum qui ungitur: & eũ qui ungit: imo eos: qui ungunt. Tetigit enim filium: qui ungitur: & patrem ac spiritum: quãdo de ungentibus dixit: deus deus. Quod aũt deo ipsi loquatur: patet ex precedẽtibus: p̃ dixit enim: sedes tua deus. Sed & quãdo dicit de domino deo suo: dixt dominus domio meo sede a dextris meis: non ne inter eũ: qui sedet ad dexterã: & euꝫ prope quẽ sedet differentiam significat personalem? Quod autem duo isti in natura conueniant: translatio chaldea demõstrat: dicit enim: dixit dominus uerbo suo. Apparet etiam per illa: que in eodẽ psalmo sequuntur. Ex utero ante luciferꝝ genui te: idest ante creaturas ex ĩtima mea substãtia: & intrinsecus: quod soli deo dei filio conuenit: due tamen pſone monstrantᷓ etiam cum dicitur: genui te: genitor nanqꝫ: & genit⁹ persona differunt. Quid ultra uagamur? moyses rem ipsam dclarat: inqt enim. Dixit deus: faciamus hominẽ ad imaginem: & similitudinem nostrã: & subdit fecit deus hoiem in hac oratiõe bis deo singularem ꝓprietatẽ attribuit: bis quoqꝫ pluralẽ: ut efficatius declaret in unitate essẽtie esse numerũ pſonarũ. Hinc deus loquens ad moysem ait: ego sum deus patrum tuoruꝫ: deus abraham: deus isaach: deus iacob. Primo unam dei substantiã esse designat: deide trina repetitione ternarum personarũ numerꝝ manifestat. Meminisse uero oportet: ꝙ quamuis in humano artifice potentia: sapientia: uoluntas: siue bonitas quodãmodo differant: nemo tamen ob huiusmodi differentiã dicit: artifex ille fecerunt: uel artifices illi fecit: qa tria illa personas nõ ꝯstituunt differentes. In solo aũt deo & quasi semp sacre littere cũ singulari plurale cõiun

gunt. qa uidelicet in illo solo unica natura est: ac tres psone: atqꝫ in eo ñ modo sunt tres uires: queadmodū in artifice sed tres etiam persone mirabili quodā pacto distincte inuicē & unite. ℭ Cōfirmatio passiōis messie cōtra iudeos ex iudaicis. Cap. xxxii.



Eridetis nos ridiculi: ꝙ messiā ob originalē culpam fuisse passurum existimemus: ꝙ āt passurus fuerit multa & grauia: primo quidem rationibus: deinde ex mente tam prophetarum quam interpretum uestrorum in superioribus sepe monstrauimus. Sed scio quid uolebatis deum uidelicet sua quadam liberalitate: uel clementia absqꝫ passione messie delicta hominibus condonare An obliti estis antique illius sententie: que apud doctores uestros semper quāplurimū ualuit: quod omnia deus precipue humana duplici mēsura gubernat misericodia scilicet: & iustitia. Vniuerse uie domini inquit dauid: misericordia: & ueritas: idest iustitia. Rursum: sanctum: & terribile nomen eius. Mensuram quidem misericordie in sacris litteris significari uestri interpretes uolunt: ubi dicitur: adonai dominus mensuram uero iustitie: ubi elloim: idest deus. Rabbi ergo iosue considerans nominis utriusqꝫ simul iūcti uirtutem apud moysem dicentem: emisit adā dominus deus de horto uoluptatis ad excolēdam terrā inquit: cum mensura quadam iustitie: atqꝫ misericordie creauit deus adam: cum eadem dedit ei preceptū cum eadem eiecit eum: hec iosue: quia uidelicet nō in expulsione solum: uerum etiā in creatione: & precepto moysis similiter germinat dominus deus. Vsus est autē deus in creando adā iustitia: quia non aliter formauit eū. quā cōgrueret tā eius idee: que semper i deo

est:per quā format:quam diuine bonitati : cuius gratia format. Vsus est rursus misericordia : quia nullis ade meritis precedentibus ei largitus est uitam : & reliqua bona. Misericors in precipiendo fuit : qui fructuum pene innumerabilium usum abunde concessit iustus insuper:qui minis quibusdam esum ligni scientie boni:maliqꝫ prohibuit. Par enim erat ut homo lege aliqua esse se deo subiectum agnosceret:atqꝫ declararet. Deniqꝫ iustus fuit:quando post preuaricationē expulsione puniuit:sed etiam ualde misericors :quando quidem finita quadam pena euꝫ affecit:qui delinquens in deum infinitum:quodāmodo infinite peccauerat. Nunquid ergo sub messia adam genusqꝫ humanum eius prolem creatori deo absqꝫ illo misericordie:iustitieqꝫ uinculo:sola uidelicet misericordia uultis conciliari?absit. Mementote eius:quod in deutero. quotidie replicatis. Dei pfecta sunt opera:& omnes uie eius iudicia:deus fidelis absqꝫ ulla iniquitate:rectus & iustus est. Congruū igitur dei misericordie fuit:ut quandoqꝫ sibi genus humanum conciliaret:congruum eius iustitie:ut satisfactio aliqua intercederet:ac saltem messias pro ceteris satisfaceret : de quo isaias. Oēs nos sicut oues errauimus:& hō a uia sua errauit.i. oēs hoēs errauerūt:qa pater oīum adaꝫ a uia sua errauit:subiūgit de messia:& deus posuit in eo iniqtatē oīum nostrꝝ. Scio āt uos obiicere hic ita solere. Absurdū ē scelere sūmo:ꝙ ī occidēdo a multis cōmittitꝰ dilui scelera hoīum arbitrari:neqꝫ unius passio pctis oīum satisfacit:neqꝫ iustū esse messiā innocentē ꝑ aliis nocentibus satisfacere . nos uero in hunc modū breuiter respōdemus. Nō homicidarꝫ scelere : sed messie uirtute in malis pferēdis deleta sūt mala:ꝑinde in

christo patiente maior charitas: uirtusq; fuit q̄ odiū uitiūq; in oibus delinq̄ntibus: digniorq; xp̄i unius uita: q̄ uita cūctorum. Quando ergo uitā suā pro oībus tradidit: longe plus q̄ satis fuerat satisfecit: satisfacere aūt alter pro altero pōt: quod fieri quotidie in rebus ciuilibus cernimus: in actibus. n. exterioribus satisfactio cōsistit: ad hos aūt: & instrumēta amici accipi possunt. Quoniā uero penitētia in actu mētis: uoluntatisq; interiore uersat̄: ad ipsummet penitentia pertinet: qui peccauit: penitentia ergo delictoꝝ affiiciātur oportet qlibet peccatores ita deū messiam pro quolibet satisfecisse uidet̄. Tūc isaie illud implet̄. Vere lāgores nostros ipse tulit: et dolores nostros ip̄e portauit attritus est ꝓpter scelera nostra: liuore eius sanati sumus. Neq; tamen impunes hinc abimus: qui ab initio mūdi ad finem ob peccatū illud originalē: incōmoda multa subimus in christo āt breuis passio fuit uirtus & ꝑfectio mira felicitas sempiterna. Statuerat deus ab eterno messiā fore humani generis redēptorē dico quia mortui fer̄ culpe ſuitute redimeret: de quo isaias: ueniet de syon redēptor. Atq; hec in messia excellens dignitas est: qua quidem caruisset: nisi proprie carnis sacrificio maculas populi deleuisset. Compertum habemus in sacris historiis sanctos uiros semper oblatione sacrificioꝝ. presertim sanguinis aspersione deum placare: impetrare ab eo dona: ab iminentibus periculis populum liberare: leges diuinas sancire: semel quot annis peccata populi purgare consueuisse; quod q̄uis non legitime: tamen gentiles etiam sunt imitati sed ad hebreos in presentia ueniamus. Primū illlud in genesi legimus: ubi noe post illud commune diluuium: edificauit altare domino: in quo holocausta obtulit

ſta obtulit: quam ob cauſaꝫ placatus deus ſtatuit: ne ulterius diluuium huiuſmodi mũdo contingeret. Se quitur. n. ibidem: odoratus eſt dominus odorem ſuũ ſuauitatis: & ait dominus ade: nequaq̃ ultra maledi cam terre propter hominem. Secundum etiam in ge neſi: ubi abraham primum precepto dei ad ſacrifican dum filium ſuum promptius: deinde a deo per ange lum ꝓhibitus: arietẽ deniq; obtulit: deoq; mactauit. Cuius uoluntatis: & uictime cauſa: iureiurãdo inter poſito: ꝓmiſit abrahe deus ſingulare donũ: ideſt oẽs gentes in ſuo ſemine quecunq; uoluerint: ſaluas fore. Tertiũ in exodo reperitur ibi enim aſpſione ſãguinis paſchalis agni per poſtes: liminaqꝫ domoꝝ dei popu lus a calamitate egyptia liberat̃. Videbo inqt ſangui nem: & tranſibo: nec erit in uobis plaga diſperdens. Quartum quoqꝫ in exodo illis moyſes acceptã a deo legẽ ſancire uolens ſuper populũ ſpgit ſanguinẽ uicti marum: ut fedus hac ratione inter deũ & hoies con firmetur. Sic. n. ibi legitur: moyſes ſumptũ ſanguinẽ reſperſit in populũ: atqꝫ ait. Hic eſt ſanguis federis: quod pepigit domius uobiſcum ſup omnibus his ſer monibus. Quintũ in leuitico expiatiõis die tractat̃. de quo ibi ſic legit̃: in hac die expiatio erit: atqꝫ mun datio ab oibus peccatis ueſtris coram dño mũdabi mini. Sũmus quippe ſacerdos intrans ſãcta ſanctoꝝ ſemel quot annis coram propiciatorio: & ſuper pro piciatorium ſacrificiorum ſanguinem diffundebat. Atqꝫ hoc ſanguine ex iſtitutione diuina populi ſor des abſtergebantur. Ratio conſtitutionis huius illic huiuſmodi aſſignatur: quia anima carnis in ſangui ne eſt: & ego ſanguinem illum dedi uobis: ut ſuper al tari meo expietis pro animabus ueſtris; quia ſanguis

pro anime piaculo sit. Quinq; hec a nobis narrata: ac etiam iis maiora complecti debuit purgatio liberatio que populi sub messia. Merito igit obtulit se pro omnibus deo proprii sanguinis sacrificium: cuius quidē sanguinis aspersio: tanquam perfectissimum sacrificium in omnibus superioribus sacrificiis quasi signis portendebatur: presertim in oblatione isaac a patre facta: & in pascha. Adde: & in puerorum omniū circunsione, noluit autem diuina misericordia: ut omnes homines pro peccatis suis uitam cū sanguine funderent: sed ut ꝑ cunctis unus sanguinē spargeret quē ob hoc pre ceteris exaltauit: que quidem aspersio: q̄uis ratione homicidarum impia cedes fuerit: ratione tamen prompte uoluntatis christi se ipsum libentissime offerentis: diuinum sacrificium fuisse censetur: qđ quidem quottannis imolatione paschalis agni in signum uestre expiationis: salutisq; significabatis: ac denique in paschalis agni imolatione: scilicet mansueti iesu saluatoris nostri est impletum quod etiam quotidie in eucharistia quodammodo repetitur. Sic christus iesus est sacerdos in eternū: semel seipsum deo patri sacrificans: qui solus mundare alios ꝑfecte potuit quum neq; imundus fuerit: neq; sui ipsius mūdandi gratia holocaustis indiguerit: quēadmodū ceteri ante illū sacerdotes: q nō bestiaꝝ sanguie: nō ipuro non alieno: sed humano puro proprio humanas sordes: familiamque suam perfecte purgauit: de iis diuine paulus apostolus in epistola ad hebreos. Quamobrem solutio peccatorum decentior fuit passione christi q̄ si deus absoluta potentia ignouisset: preter enim id: ꝙ ita fieri ad dei iustitiam: & misericordiam: rursus ad ostendendam excellentissimam christi uirtutem pertinebat.

nebat. Ad humanam quoqꝫ doctrinam mysterium huiusmodi pre ceteris summopere contulit: exemplo uidelicet obedientie: mãsuetudinis: caritatis: magnanimitatis: fortitudinis: mortalium contemptus: desiderii eternorum. Sic isaie illud impletur: disciplina pacis nostre super eum ille siquidem fecit: ut pacem cum deo: atque docuit: ut inuicẽ haberemus. Liuore eius sanati sumus: non solum uidelicet quia pro nobis satisfecit: sed etiam quia doctrina nos: & exemplis instruxit.

¶ Confirmatio peccati originalis: & ob hoc passionis messie ex iudaicis contra iudeos. Cap. xxxiii.


Vlpatis sepe nostram illam originalem culpam: ut pote qui prophetas uestros interpetrari nescitis ab illis enim nos hec didicimus isaias ad populum ita clamat: pater tu? primus peccauit: & interpretes tui preuaricati sunt ĩ me & contaminaui: aliter prophanaui principes sanctos & dedi ad interitum iacob: & israel in blasphemiam Pater primus scilicet adam peccauit: quando preceptum diuinum neglexit: quapropter principes sancti idest patriarche: ceteriqꝫ iusti ab eo descendentes: cõtaminati: idest tanq̃ prophani a diuina uisione separati sunt: quemadmodum contaminati a templo separabantur. Transiuit autem primi illius peccati pena in oẽs descendentes ab adam: siquidẽ post delicta sic ade cõminatus est deus. Maledicta terra in opere tuo: in labore comedes: ita etiã mulieri: in dolore paries filios. Cum igit̃ in omnes pena illa transierit: in omnes quoque culpa transiuit. Non enim uerisimile est in cunctis hominibus tam diuturnam penam esse procul a culpa. Audite rursus quid apud isaiam

populo deus dicat. Seruire me fecisti in peccatis tuis: quia dñs deus pro sceleribus serui populi expiãdis ser ui formã accepit: non poterat seruire deus inquantũ deus: inseruiuit igitur iquãtum homo: fuit ergo mes sias deus & homo: quod patet etiam per sequentia. Prebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis: idest pe nas propter iniquitatem tuam. Noli timere serue mi iacob: ego sum: qui d'lebo peccata tua: idest quamuis delictum tuum usq; adeo graue sit: ut ab humana spe cie sola expiari neq̃at: ego tamẽ deus & hõ penitus ex piabo. De baptismo quoq; & spiritu sãcto ita subdit. Effundã aquã super sitientem: effundam spiritũ meũ super semẽ tuum: & benedictionem meã super stirpeʒ tuam: forte etiam in iis significatur aqua: quam per cussum christi latus effudit: & uite spiritus: quem in cruce pro nobis emisit. Legite antiquorum uestrorũ in genesi commentaria in ea parte presertim: ubi dicit moyses. He sunt generationes celi & terre: cum crearẽ tur: reperietis ibi res omnes ab initio perfectas omni no a deo creatas fuisse sed post parentis primi peccatũ statim omnes humanas presertim a sua perfectione d' generasse: neq; prius ad statum pristinum reuersuras: q̃ filius phares uenerit: idest messias: qui a phares de scendit. Ex quibus conicere potestis uitia primorum in posteros fuisse translata: ac per messiam curanda: sed aliter in primo aduentu curauit: curabit aliter in secundo. Multi quoq; ex doctoribus uestris prophe tas: sanctosq; ueteris testamenti patres ante messie ad uentum ad inferos descendere arbitrantur: quod qui dem ex hoc probant: ꝙ abrahe a deo in genesi dicit tu ibis ad patres tuos: ex quo rabbi rhamon argumẽ tatur: quia patres abrahe idola coluerunt: ut apud

iosuem

Iosuem legitur: abraham quando iuit ad illos ad inferos descendisse. Idem de isaac in genesi traditur: defunctus est isaac: & mortuus: & additus est ad populos suos. Idem ibidem de iacob: idem de dauide in libro regum tertio. Dormiuit dauid cum patribus suis: de iis omnibus rabbi rhamon similiter argumentatur: cum ad eorum loca mittantur: qui fuerunt iniusti: & idola coluerunt: sed christus morte sua sanctos patres liberauit a morte: scilicet a tenebris animorum quod ita tetigit zacharias. Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu: in quo non est aqua: idest sanctos ex limbo loco arido: scilicet luminis: & gaudii uacuo. Non igitur christianorum inuentum hoc est: quod magnus messias laboribus suis: passionibusque animas patrum: & succedentium ab inferis fuerit redempturus. Sed multi quoque ex antiquis iudeis id censuerunt precipue rhamon: quem dixi: ac preterea osuas hanna: habba iuda: qui in talmuticis disputationibus post multa ad id pertinentia etiam ad hoc propositum osee illud adducunt: de manu mortis liberabo eos: de morte reducam eos: Item illud isaie. Redempti a domino conuertentur: ac uenient in syon cum laude: & letitia sempiterna super capita eorum. Syon exponunt patriam celestem: & merito: non est enim in terris laus: & letitia sempiterna. Cum his conuenit rabbi moyses gerundensis: immo uero omnes iudei confitentur: quod patriarche: et sancti ante messie aduentum in paradisum non intrant: sed in eius suburbiis manent: donec ueniat filius phares: idest christus dauidis filius: & hoc quidem propter peccatum ade. Et cum hec ita sint: nonnulli tamen inter uos non satis docti originalem culpam negant in suc

Zacha. c. viiii.

cedentes fuisse translatam: atque expiandam fuisse per christum quasi esse deceat tam diuturnam penam in omnibus sine culpa. Proinde cur moyses in genesi scri bit post transgressionem ade: deũ collocasse cherubin atque gladiũ flameũ: & uersatilem ad uiam ligni uite i tercludendam? nisi ut significet propter similitudinẽ quandam: & culpam a parentibus primis contractaz cunctis paradisi aditũ intercludi. Meminisse debem⁹ ingressum celestis regni tam arduum esse: tam precio sum: ut nõ solũ propriis: quotidianisqz singulorum pec catis: sed etiã cõmuni totius nature humane uitio ab origine primorum nascendo contracto possit: ac debe at impediri. Et quãuis sancti ante christũ uirtutis hu mane uiribus seipsos a propriis peccatis liberarent: at que mundarent: unde cruciari apud inferos non debe bant: nullius tamen uirtus usque adeo sufficiens erat ut obstaculum illud: quod in cõmuni culpa totius hu ne nature consistebat: auferre ualeret: ac paradisi adi tum patefacere: sed culpa obligatioque huiusmodi pas sione christi communiter dissoluta est. Deus enim: ut isaias inquit: in eo posuit peccatum omnium nostrũ: per illum igitur celestis patrie portas aperuit. Hoc my sterium hieremias ita significauit. Tibi peccauim⁹ ex pectatio israel: saluator in tempore tribulatiõis. Qua re futurus es sicut colonus in terra: & quasi uiator de clinans ad manendum: quare futurus es quasi uir ua gus: & quasi qui non possit saluare. Tu autem in no bis es domine: & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster. Non nulli inter uos interrogant: cur christus delendo culpam nõ deleuit penam illam: in sudore uultus tui & in dolore paries filios: & similia: ut uidelicet his sti

mulis

mulis quottidie agnoſcamus quam peſſimum fuit:at que eſt dei mandata contemnere:atque exercitatione moralium uirtutum ad beatitudinem conſequendaꝫ magis proficiamus. Accedit quod redemptio: uicto-ria: libertas:affluentia:pax:que promiſſa fuerunt no bis meſſie tempore forte ad ſpiritalia pertinebãt: que ad beatitudinem conferunt non ad corporalia: que uel non conferunt:uel impediunt. Sic paſſione uera-que chriſti fide originale illud peccatum ablatum fu-it:quantum uidelicet ad culpam ſpectat: que beati-tudinem ultimam impedit:laborioſa uero illa relicta ſunt:que non modo non impediunt: ſed conducunt. Sed obiicitis ezechielis illud : filius non portabit pa-tris iniquitatem:nos autem ſic expoſuimus:filium ui delicet propter peccatum patris non puniri:ſi penitus culpe expers fuerit : omnes autem prime illius culpe participes naſcebantur. Sicut enim quotidiana uitia a patre in filium imitatione :ſic primum tranſit origi-ne : neque mirandum eſt :ꝙ primi parentis uitiũ in po ſteros tranſiuerit. Quotidie namqꝫ in pueris tam auo rum q̃ genitorum geſtus:affectus:mores agnoſcimus ſic natura comparatum eſt: ut corpus & anima pro-portiõe quadam harmonica congruant: atqꝫ in uno eſſe conueniant:motuſque corporis in animam quo-dammodo anime in corpus facile : & uehementiſſime penetrent. Non educitur anima filii uel a corpore pa-tris:uel anima:ſed corpus tale: & cũ tali quadã ꝓcli-uitate a tali quodã corpe genitoꝝ. Sic uuas accerbas comederunt patres : ac dentes filiorum obſtupuerũt: ꝓcliuitatis illius anima ob cognationẽ quandã affe-ctumqꝫ erga corpus ꝓprium particeps quodãmodo redditur:preſertim ſecundum uim eius inferiorẽ:que

corpori ꝓpinquat: multumq; cōsentit. Deinde uis su
perior anime naturali quodam amore iferiori sepe ob
sequitur ferme: sicut illa corpori obsequitur: in quaꝫ
quasi similiter: sed non eque. Motus autē. qui in ani
ma actio est: fit in corpore passio: qui in corpe passio:
fit in animo sensus: atq; compassio: affectioq; in cor-
pore pena culpe est: in anima culpa. Obiicitis preterea
hunc: immo dicitur macula per originem a genitore
contracta: cum in prole non sit uoluntaria: nō est pec
catum: immo peccatum est: quum sit obliquitas que
dam a recto declinans: & ad finem consequendū ine
pta: quemadmodum defectus in claudo. Peccatum
est inquā non tam proprie nature: q̄ communis: uolū
tarium autem quodammodo fit in prole: inquantuꝫ
libenter procliuitatem huiusmodi sequitur: uolun-
tarium est insuper non tam uoluntate prolis propria:
q̄ uoluntate ipsius ade: qui generationis motiōe om-
nes: qui ex eius stirpe pululant: quodammodo mo-
uet: non aliter q̄ anime unius uoluntas membra cor-
poris ad actum plurima moueat. Iccirco quemadmo
dum pedis motus non uoluntate pedis propria: sed
communi anime: uoluntateque primo membra mo-
uet: dicitur uoluntarius: similiterq; capitis: manusqꝫ
motus: & reliquorum: sic obliquitas illa hominū na
turalis propter uoluntatem ade quodammodo om-
nes mouentis potius: q̄ propter propriam uoluntaria
iudicatur. Sunt inter uos: qui contra nos hac ratio-
ne argumententur. Si peccatum a primis parentibus
ideo in nos transffusum est: quoniam in eis fuimus:
ab eisqꝫ naturam humanam accepimus: eodem pac
to singula peccata singulorum progenitorū ab initio
mūdi usqꝫ ad nos necessario nascētib⁹ nobis ifererēt

Respondent

Respondent ad hec nostri theologi: nullũ uitium uel parentis primi: uel ceterorum in nascentes necessario traduci: preter primum. Homo nanqz idem secum non numero indiuiduoque: sed specie generat. Atqz iccirco que ad propriã cuiusqz personã proprie pertinent filiis ab origine non tradunt: sed que ad speciẽ atinẽt Non. n. musicus: philosophusqz musicũ generat: uel philosophũ: homo tamen uidẽs: audiens: bipes: nisi quid impediuerit: hoiem bipedẽ generat uidendi: audiendiqz compotẽ uitiũ uero primũ speciei hũane naturalis captus euasit: cetera aduenticia sunt: fiuntqz propria singulorum. Scio uos hic obicere solere ade peccatũ: quia ex actu proprio liberi arbitrii processerit: ad personã propriã potius quã ad speciẽ pertinuisse. Ad hoc ex theologorum nostrorum mente ita respondeo: ad personã cuiusqz duobus modis aliquid pertinet: uel secundũ ipsam: uel quodã gratie munere. Similiter ad naturã dupliciter potest aliquid attinere: uel secundũ ipsam: uidelicet: quod ex nature principiis: elementisque profluit: uel super naturalis gratie dono. Originalẽ iustitiã humana natura non ex interioribus principiis eius habuit ab ĩitio: sed gratie diuine dono: quod ab origine toti nature hũane ĩ prio parente traditur fuisse collatuz donũ huiusmodi: ille ob primi delicti culpã amisit. Itaqz sicut originalis illa iustitia: nisi ille deliquisset: una cum propagatione nature fuisset in posteris conseruata ita opposita quedam peruersitas: & obliquitas in successione cum natura traducitur. Iccirco uitium huiusmodi nature potius euasit q̃ persone: cetera uia: uel ade: uel aliorum naturam quidem: non quantum ad id quod nature est: sed quantum ad id qđ est persone deprauãt: ideo

in filios: & nepotes non necessario diffundunt. Quid ergo nobis christi passio contulit? obstaculum culpe originalis auferendo paradisi aditum patefecit: quē ante illum ingredi homines sancti nō poterant. Nunquid si adam non deliquisset: tam ipse quam ceteri iusti beati fuissent? paradisum profecto possedisset: sed terrenum. Celestis autem paradisi aduentus dei sub christi persona nos compotes reddidit: unde plus lucri in uirtute christi fuit: q̄ in ade uitio damni. Vitiū ade secundum se cruciatum nobis quidem non attulit inferorum: sed abstulit paradisum duntaxat terrenum: christi uirtus ab inferis tuetur: paradisum celestem largitur: hinc paulus apostolus: ubi abundauit peccatum: superabundauit et gratia. Obmitto minora illa: q̄ per christum diabolus princeps olim mundi huius: idest hominum mundanorum eiectus est foras: non ulterius per idolatriam nos deludit: non tot gentium tam acriter: ut solebat: animos & corpora uexat: nisi iterdum certi finis gratia pmitattur a deo per fidem messie: qui iam uenit diabolo resistimus: p fidem messie uenturi sancti ante christū diabolo restiterunt. Nullus tamen tūc illius manus sic euadere poterat: ut cuiusdā inferni. i. lymbi deuitaret ingressum quod ita cecinit dauid. Quis est homo qui uiuet: & non uidebit mortem: & liberabit animam suam de manu inferni. Contra id uenenum: atq̄ similia: uirtus passio: mysteria: doctrina: exemplar: fides christi abūde nobis remedia prebēt. Pre ceteris baptismus in uirtute spiritus sancti: fideiq̄ christi culpam illam: obligationēq̄ in animo eius: qui baptismo lauatur: dissoluit proclíuitatem uero nature corporis insitam nō extirpat. Spiritus enim: & spiritale mysterium non corpus

pus:sed spiritum:uoluntatemq; proprie respicit:hinc fit:ut qui ex baptizati corpore generantur:quia nas-cuntur immundi:baptismo ipsi quoq; egentes cogantur: singuli quotidie a christi mysterio donum purificationis agnoscer:perinde ac tritici granum: quod & si arte mundatum est:grana tamen immunda gene-rat:ita ut arte rursus indigeant. Ars enim indiuidui proprietatem potius q̄ speciei naturam: uimq; generādi mundauerat.

Probatio:q testamenti ueteris cerimonie merito consumpte:consumateq; sunt:adueniente nouo ex iudaicis contra iudeos. Caput.xxxiiii.

SI ueteris testamenti regnū: ꝓphetia: sacerdotiū:sacrificiū tpe messie regis sacerdotisq; eterni:finisq3 propheta℞:nouo quodā testamē-to introducto:auferri ex istitutiōe diuina:si-cut alias ostendimus: debuerunt multo magis minute ille cerimonie:in qbus pa℞ momenti erat: iure euanuerunt:quod ex nōnullis ꝓpheta℞ uaticiniis alias de-claraui. Ille siqdē nō aliter res christianas:cerimoniasq3:q̄ ꝓphetie prenunciabant:cōsumptis tandē oraculis propheta℞:merito cōsumpte sunt cerimonie. Vos tamen adhuc ea mordicus tenetis iudei pre ceteris ꝑtinaces illud moysi in deuteronomio contra nos ad-ducentes. Et nūc israel audi precepta: & iudicia : que doceo te:ut faciens ea uiuas : & ingrediens possideas terram:quā dominus deus patrum nostro℞ daturus est nobis:non addetis ad uerbū:quod uobis loquor: neq3 auferetis ex eo. Considerand a hec uerba sunt diligenter:moyses ad subiectum sibi gregem loqui-tur : dicit enim : israel audi:non dixit: non addatur: uel minuatur ab ullo:sed nō addetis uos: neq; aufere

tis. Abstulit igitur subiecto gregi mutādi potestatē: deo uero q supra moysem est: uel egregio nuncio: qui a deo mutandi habuerit potestatem: nō abstulit. Ad uersum pertinaciā uestram hieremias ita c̄clamat. Ecce dies uenient dicit dominus: & feriam: aliter consumabo domui israel: & domui iuda fedus: aliter testamentum nouum: non secundum testamentum: aliter pactum: quod disposui: aliter pepigi patribus eorum in die: qua apprehēdi manum eorum: ut educerē eos de terra egypti: pactum quod irritum fecerunt aliter quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo et ego neglexi eos: aliter abominatus sum dicit dominus. Sed hoc erit testamentum: aliter pactum: quod constituam cum domo israel: post dies illos dicit dn̄s dabo legem meam in mentem: aliter in uisceribus eorū: & in corde eorū scribam eam: & uidebo eos: et ero eis in deum: & ipsi erunt mihi in plebem. Et non docebit unus quisq; proximum suum: & unusquisque fratrem suum dicens: cognosce dominum: quoniam omnes scient me. scilicet unicum esse deum. Et sequitur a maiore usque ad minorem: quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum illorum iā non recordabor. In iis promittit deus aliquando: se nouum pactū testamentūq; dispositurū: nouā traditur legem differentem ab illa: quā dederat moysi postquā iudeos ab egiptiis liberauerat: inscriptur eam non tabulis amplius: sed mentibus hominum: quasi prima illa deleri potuerit: non secunda. Ac cerimonie ueteres: nouo testamento introducto: secundum spiritalem intelligentiam seruari debuerint. Certe ut paulus apostolus ait: quando propheta dicit: pactū testamentumq; nouum: significat alterū cōscenescere: atq;
deficere

deficere posse. Sed quando hec fuerunt? quando impletum est illud: uidebo eos: & ero illis in deum. Videt semper deus homines intellectu: sed oculis insup uidit: cum assumpsit hominē: hominē inquā: qui hominibus re uera deus habitus est. De quo dauid: uidebitur deus deorū in syon: & zacharias: tu es deus: & in te est deus: nec est absq; te deus. Ex quibus ostenditur messie noui testamenti: pactiq; conditoris diuinitas: significatur etiam diuinarū distinctio personarū. Sed ne quis turbetur: quod in uariis trāslationibus uaria uocabula sint: alibi pactū: alibi testamentum: sciendū est uocabulū hoc ab hieremia introduci scilicet berith: quod legē: pactū: fedus: testamētumq; significat: nouā legē messie legē intelligi uestri iterpretres confitentur: unde doctores talmutici legē messie aiunt excellentiorem fore mosaica. Legite horū cōmentariola in salomonis ecclesiastē. hec ibi reperietis omnis lex presentis seculi uanitas quedā est ad futuri legē: idest ad legē messie. Nā in sequentibus sic res declaratur: omnis lex: quā quis in hoc seculo discit. uanū quiddā est. si ad messie legē conferatur. hec ibi. Videtis ergo legem messie esse a lege moysi differentem cerionaiq; mosaicas in messie conspectu penitus euanescere. Vna uero moysis lex appellatur: nō absolute sed ad christi legē: ceteris eni prestātior est. Sed cur uana? qa per ciuiles uirtutes tantū hūanū genus nō ad celestis beatitudis finē: sed uiā dūtaxat dirigere pōt Xpiana p purgatorias purgatiq; aīmi uirtutes ad exēplares uirtutes: celestēq; felicitatē pfecte perducit: nō eni datur pfecta felicitas: nisi aīmis perfecte purgatis hoc nō mosaica: sed christiana lex efficit. Preparatio igitur quedā est mosaica lex ad christi legē: quasi for

mam:habitũq; perfectũ:cum uero quis possidet ha-
bituz:preparatione nõ indiget. Quod autẽ sub moy
si lege sancti paradisum nõ ingrediãtur: sed messie le
gẽ:gratiamq; expectẽt:uos ut insuperioribus dixim⁹
confitẽini ob hoc:ut arbitror. Moyses legẽ suã seruã
tibus premia solum tẽporalia pollicetur: non enĩ põt
ea doctrina ad maius aliquid aspirare. Moyses in de
uteronomio rẽ oẽz sic aperit Prophetã suscitabo eis đ
medio fratrũ suorum similẽ tui:& ponã uerba mea ĩ
ore eius:loquenturq; ad eos oĩa:que precepero illi. Si
quis autẽ uerba eius:que loquetur in nomie meo au-
dire noluerit:ego ultor existã. Non ne uidetis deũ p-
phetã quendã preter moysem in populo uestro creatu
rum fuisse: daturũ ei condendarũ ab initio legum au
ctoritatẽ. Hinc mutare omnia pro arbitrio licet:mu-
tare inquam imaginem in substãtiam:ut imperfecta
perficiat. Vos ei credere oĩa non minus q̃ moysi diuio
iussu debetis:& quia neq; oẽs: neq; oĩa credidistis:ut
minatus est deus: exterminati estis. Non fingant ara
bes maumethem regem:immo tyrannum fuisse ta-
lem: cuius lex non coartauit mosaicam ex se ualde
liberam:sed nimium relaxauit:cui neque tempus: ne
q; locus: neq; ulla prophetarum dicta cõueniũt. Sed
quonam pacto potuit maumethes esse ppheta ille su
premus ex iudeorum populo suscitãdus: cum ipse in
alcorano confiteatur iesum nazarenũ ultimum he-
breorum:summumque fuisse prophetam. Iudei quõ
dam presertim africani his moysi uerbis admoniti
messiam expectabant nouarum legum conditorem
Sed rabbi moyses scripsit ad illos: nõ promitti a deo
prophetam legum conditorem: sed solum presagum
futurorum. Volebat inquit deus a iudeis auguria:q
bus

bus utebantur cananei: fugare: hinc eis dicebat. Gentes iste; quarum possidebis terram: augures & diuinos audiunt. tu autem a domino deo tuo aliter institutus es scilicet: ut nõ per auguria: sed per prophetas a deo missos futura prenoscas: ideo subdit prophetã de gente tua: & de fratribus tuis: sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus: ipsum audies. Hinc rabbi moyses ad africanos: nos etiam affirmamus hec moysi uerba non aliter exponenda esse: quã africanis rabbi moyses exposuerit. Sed cõsideramus magnũ moysem in eodem deuteronomii capitulo in sequentibus ita loquentẽ. Vt petisti a domio deo tuo in oreb: quãdo concio congregata est: atq; dixisti: ultra non audiam uocem domini dei mei: & ignem hunc maximum amplius non uidebo: ne moriar. Et ait dominus: mihi bene omnia sunt locuti: prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam uerba mea in ore eius: loqueturque ad eos omnia: que precepero illi. siquis autem uerba: que loquetur: audire noluerit: ego ultor existam. Videtis ne populum quando in monte oreb tradita lex fuit: igni: ceterisque horribilibus signis fuisse perterritum: rogatum deinde deum: ne ulterius eo pacto ad populum loqueretur. Vnde promisit dñus alias se absq; ullo tĕore per prophetam quendã: qui uerus homo foret: qualis moyses legem populo traditurũ: in superioribus ergo capituli uerbis moyses de propheta furorũ precone: quales multi fuerunt in sequentibus autem de propheta legum conditore: qualem iesum nazarenũ fuisse uolum⁹ loquiẽ. Sed turbat uos ni miũ scio ꝙ iussit moyses sẽper eius mãdata ꝑuaui: memẽtote a gramaticis ñris tractari: dictiões ad sẽpitñũ ꝑtinẽtes

duplices esse: alias ad sempiternū absolute: alias ad sempiternū cū quadā cōditione referri: in prio genere est cela: & ubi apud nos psalmus dicit in secula seculorū laudabūt te: apud hebreos est: cela: est ēt in eo genere necali: atq3 ubi psalmus grece & latine dicit: uiuet in eternū: hebraice sonat: necali in secundo genere hebraice ē halā: latīe seculū. Hoc pacto in dūteronomio de ꝑuo emptitio dicit erit tibi ꝑuus holam. i. in seculū in seculū inquā uite tue: uel serui non ultra: unde seculū ibi nō totam reꝝ: sed huius: uel illius hois durationem significet. Moyses aūt ubi cerimonias seruari uidet circa sabbatū: pascha: pentecostem: festūq3 tabernaculoꝝ: expiatiōis diem: atq3 similia: nunq̄ illis dictionibus: que absolutā eternitatem significant: utitur. Sed holā dūtaxat: quod certū significat seculū. i. totum seculū ueteris testamēti: donec testamentū nouū per messiā cōstituat̄: & cerimōie ueteres dū uidebunt̄ arescere: reuirescant: & in nouis cōsument̄ potius q̄ cōsumantur. Sic iesus noster ipleuit legē: qñ que fuerāt impfecta pfecit: atq3 hec ipsa legis christiane perfectio declarat ipsam i mosaicaꝝ ɔstitutionū finē terminūq3 durationis extremū existere: qđ per hieremiā predixerat: ut diximus: deus legē nouam ꝑmittens a mosaica differentē. Siquis aūt qua in re perfectior noua sit quā uetus inquirat: consideret quinq3 precipuas: q̄tū ad ꝑpositum spectat: noue. i. christiane legis excellentias esse. Prima est: lex mosaica ī tabulis lapideis: corruptibilibusq3 tradita fuit: lex noua erat: ut hieremias ait: cordibus: & mētibus iurenda. Quod quidē significat: nouā hanc disciplnā magis spiritalē esse: adde & eternā: quoniā naturalis legis instar eternis mētibus iprimitur ī eternū: uetus aūt tēporalis subiectio

data

data fuit ad tēpus. Secūda: uetus illa cōstitutio preter illa: que ad legē ptinent naturalē: solū gentē israeliticam: cui data est: obligauit: hinc psalmus de deo dicit. Annuncians uerbū suū iacob: iustitia & iudicia sua israel: non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua nō mãifestauit eis: lex aūt noua nō aliter q̄ naturalis omnes astringit: quapropter isaias de messia: eiusq; doctrina sic inquit: donec ponā in terra iudiciū: & legē eius insule spectabūt. Tertia: prisca decreta: his exceptis: que ad naturale ius ptinēt: etiam subiectū populum: nō ubiq;: sed in sola promissiōis regiōe alligasse dicūtur: quod ita deuteronomii uerba declarāt. Scitis: q docuerim uos precepta: atq; iustitias: sicut mādauit mihi dominus deus meus: ut faciatis ea in terra: quam possessuri estis. Rursus: mihiq; mādauit eodem tempore: ut docerem uos cerimōias: & iudicia: que facere deberetis in terra: quā possessuri estis. Item tu uero hic sta mecū: & loquar tibi oia mādata: & cerimonias: atq; iudicia: q̄ docebit eos: ut faciāt ea in terra: quā dabo eis in possessionē: messie āt iura nō minus q̄ naturalia ubiq; sunt obseruāda igit apud malachiā deus quandoq; uetera reprobat sacrificia. Nō est mihi uoluntas in uobis: dicit dn̄s exercituū: & munus nō suscipiā de manu uestra. Deinde subdit. Ab ortu enī solis usq; ad occasum magnū est nomen meū in gentibus: & in oī loco sacrificatur: & offertur nomini meo oblatio mūda. Sacra igitur: que in ueteri lege in solis terre promissionis templis: & tabernaculis celebrari licebat: quandoq; scilicet sub messia ubiq; deo grata futura erant. Quarta: lex uetus sola corpalia: tēporaliaq; bona pollicetur: & mala minatur: ut in leuitico: & alibi sepe patet: noua spiritalia & eterna. Quinta: ue

tus ciuiles uirtutes: cōmunesq̧ duntaxat inducit: qui bus pturbationes amputat: noua purgatorias animi q̧ purgati: quibus affectus extirpat: & obliuioni tāq̄ igni tradit fomites uitiorū. Sed cur istud? quia deus rudem adhuc populū: sicuti par erat: leuioribus disci plinis erudiret: manifestioribusq̧ tam bonis q̄ malis mouere statuerat: quod etiā rabbi moysei egyptius in cōmentariis libri canedrim confitetur: at uero tēpo re christi populi iam eruditiores euaserant. Tunc: ut isaias inqt: repleta est terra sciētia domini: sicut aqua maris cooperientis. Tunc igitur deus uerioribus pre miis: exactioribusq̧ institutis genus humanū prouo cauit: atq̧ formauit: merito igitur accedente lege no ua tanq̄ forma: uetus ueluti pparatio uel abit: uel trā sit in nouā: impleturq̧ in noua: quod quidem omni no tacere non potuit rabbi moyses in deuteronomio ubi mundi etatem in secula duo distribuit: seculū ui delicet presens: seculū ue messie: Ac talmutici interpre tes: sicut alias diximus: seculum presens: & futurū le gis: & messie secula esse uolunt: uanamq̧ seculi huius legem: ad messie legem esse fatentur: quasi in seculo le gem christi: seculū: lexq̧ uetus finiatur: atq̧ expleat̄.

Distinctio preceptorum moysi


Moysi precepta p̄cipua illa sunt: q̄ in decalo go cōtinent̄: data enī a d̄o sunt absq̧ medio in tabulis lapideis populo uniuerso: deinde tanq̄ ppetua in arca testamēti in sancto san ctorū inclusa. Cetera uero minutiora sunt: ac data p moysem: & ab eo chartis inscripta: atq̧ extra sancto rum sanctum posita. Inter hec autem alia simpliciter moralia sunt: & quia nature legem imittantur: sempi terna sunt ferme: sicut precipua: alia ad iudicia ptinēt

que neq; in equitatis arbitrio posita: prout re℞ usus exigit: uariantur. Alia rursus ad cerimonias: que quidem parui momenti sunt nam tanq̄ figure quedam pythagorico℞ simbolorum instar ad aliud portendendum: significandumq; referuntur. Qui enim a porco abstinere iubetur: porci uitam uitare iubet: & qui sistere corpus in sabbato: sistere mentem in cōtemplādo. Hec & similia ad significatum: effectuzque suū p christum redacta fuerunt. Sacrificare igitur deo: & ꝙ fuit ablatum restituat: & similia ad ius naturale ptinent: atq; morale: ideo semper seruāda mandant. Sacrificare aūt hoc pacto: & die hoc aut illo: talia: siue talia: rurſꝰ r̄stituere q̄druplū: aut duplū: & similia uel cerimōialia uel iudicialia sūt: mutariq; potuerūt ac debuerūt: ꝑut locis: tpibus: psonisq; cōgruit. In rebus huiusmodi nō solū sub christo mutatio cōtigit & iure ɔtigit: ue℞ etiā apud priscos. In prima eni etate ex institutione diuina nō licuit hominibus uesci: nisi plātis: sicuti nos genesis docet. In scd'a tn̄ etate post illā mundi illuuionē: cōcedente deo: uesci anialibus licuit: quod etiā in genesi declaratur: unde apud uos in libro ueresith rabba: uidelicet in cōmentariis in genesim: dum exponit̄ illud psalmi: dominus soluit cōpeditos: ita dicit̄. Oīs bestia: que in hoc seculo: uidelicet seculo legis habetur imunda: a deo i futuro seculo. s. messie fiet munda: quemadmodū munde fuerūt filiis noe bestie: que prioribus munde non fuerant. Et sicut deus concessit antiquioribus solūmodo plantas tanquā mūdas: & filiis noe: deinde omne animal tāq̄ mundum: sic in seculo futuro deus concedet quicquid ante prohibuit: hec ibi. Ex iis patet in messie seculo minutiora illa seculi ueteris instituta tanquam

inania iam: & superua cuasoluēda fuisse. Nunqd ad hoc o iudei plures adhuc testes exigitis: quamuis nō necessarii sint: quosdam tñ multis: q supsunt adducā
¶ Malachias. Testamentum mem erit cum eo uite: & pacis: & dedi ei: ut timore me timeret: & a facie nominis mei reuereretur: lex ueritatis erit in ore eius. In pace dirigens ambulabit mecum: & multos ab iniquitate conuertet: quoniam labia sacerdotis custodient scientiam: & legem inquirent de ore eius: quoniam angelus domini omnipotētis est. In iis de⁹ mes sie promittit denuo testamentum suum: testamētum inq̄ pacis inter deum: hominesqʒ conciliande: ex quo uita hominum prouenit: uitam rursus illi promitit mitem: & quasi timidam. Sacerdotium quoqʒ: & ꝙ non ui: & armis: sed pace: & scientia conuertet homines: nō omnes: sed multos. Iterum ꝙ legem ab eo homines nouam accipient: cui autem hec omnia: nisi iesu nazareno conueniunt?
¶ Naū. Exterminabo sculptilia: & conflatilia: ponā sepulturam tuam: quia ecce ueloces super montes pedes euangelizantis: & annuntiantis pacem. Celebra iuda dies tuos festos: redde uota tua quia iam nō addicient ultra: ut transeant in uetustatem consumatū est: consumptū est: ablatū est. Ascendit: qui isuflat in faciem tuam eripiens te ex tribulatione Hic aperte in aduentu messie portendit idolorum casum: consumationem prophetiarum: ac ueteris testamenti: consumptionem priscarum cerimoniarum: ablatiōem regni iudaici: predicationem euangelice pacis: ascensionē christi: spiritus sancti afflationem: liberationem deniqʒ a tribulatione: scilicet inferorum.
¶ Micheas. Exibit lex de syon: & sermo dñi de hierusalem:

salē: & iudicabit inter populos plurimos: & reuincet & diriget ualidas nationes usq3 in longinquā: p hec significatū fuit messiam nouā doctrinā: legēq3 ultra mosaicam adducturū: que nō ex sinay: ut illa uetus: sed ex syon ꝓcederet: neq3 solos iudeos instrueret si/cut illa: uerū sermōe ꝑdicantiū apostolorū passim pro pagaretur: ac ualidarū nationū instituta deleret.
¶ Isaias. Hec dicit dominus uiris iuda: qui habitant in hierusalem: reuocate inter uos nouitatem: & ne se minaueritis in spinis. Circuncidite uos domino deo uestro: & circuncidite preputium cordis uestri: ne exe at ira mea: sicut ignis: & non sit: qui extinguat.
¶ Moyses. In nouissimis diebus circuncidet domīus cor uestrum ad dominum deum tuum amandum.
¶ Iesus naue: qui iesu christi figuram preferebat ait: dixit dominus ad iesum: fac tibi cultellos petrinos ni mis accutos: et sede: et circuncide secundo filios israel scilicet cordis circuncisione. His tribus oraculis osten sum fuit corpalem circūcisionē in spiritalem sub xp̄o fore mutandā: illi extremā pelliculā attingebant: hic uniuersum purgat: & lauat. Ergo qd oportet pueros post iesum octaua die sanguinē fundere? parcite fili/olis uestris iudei tam crudeles: q̄ superstitiosi: parcite filiolis statim natis. Iesus olim circuncisus totus pro omnibus sanguinem semel fudit: qđ si circūcisio ceri monia℞ prima stabulis futura non erat non enim ab initio: sed sub abraham est instituta: & sine illa quan doq3 iustus eē qlibet potuit: multo min⁹ reliq3: ergo? Quid sublata obseruatis ulterius? dies profecto uo bis dominicus sub subbato quodā figurabat. Quid uictimas adhuc temporales sacrificatis? ille omnes in eterna uictima iesu finem habuisse uidentur: quis sa

cerdotes pristinos frustra quotidie restituitis? qui tãq̃ minimi Iesum sacerdotem preferebant eternũ: ille ille est sacerdos in eternũ uerus secundũ ordinẽ melchise dech. Quid deniq; regẽ ulterius expectatis: regnũ il lud uestrũ olim tẽporale in eternũ regẽ xp̃um est tran slatum. Et cũ dixistis: uel legistis o miseri: iesus naza renus rex iudeorum: tunc morientem hoiem: uiuentem deum: regẽ unicũ: ultimũ perpetuũ accepistis: qđ qui dem moyses uester uobis significauerat. Quando ri tum cõstituendi pontificis tradens per unguenti cu iusdã mystici sacramentũ eũ xp̃m nominauit. Rur sum qñ regem sibi successorem cõstituẽs iesum cogno minauit eum qui prius auses fuerat noiatus. Ita igit per gemina hec appellationis indicia: in altero ponti fici: in altero regni exprimuntur insignia: & iesus xp̃s tanq̃ qui rex & pontifex esset: pariter nominatus.

De auctoritate doctrie xp̃iane. Ca. xxxv.



Octrinam xp̃i multa confirmant. Primum quidẽ sibyllarum: prophetarũq; predictiones deinde sanctitas: & miracula xp̃i: & xp̃ia norum. Accedit illa supra modũ mira ꝓfunditas: et ma iestas: quẽ in sobrio eorum stilo ꝑspicit: qui antea rudes piscatoresq; fuerunt: petri presertim iacobi: & ioãnis atq; ut de paulo taceã: qui & si ante conuersionem homo doctissimus erat: surgit tñ post in suis epistolis admodũ super hoiem. Quid petri epistolis augustius quid uenerabilius epistola iacobi: atq; iude? quid de ioannis apocalypsi dicemus? qui liber celestem pre fert faciẽ totq; habet sacramenta: quot uerba. Quid de huius epistolis? quibus inest absq; uerborum fuco nectarea dulcedo: sensusq; diuinus. Euangeliũ eius uidetur dei manibus scriptum esse: nõ hois: quod cũ

legeret

legeret amenius platõicus: per iouē iurauit: uirū illū barbaꝝ: idest iudeum: breuiter comprehendisse: que de ratione diuina: principio: dispositiõeqꝫ rerum plato & heraclius disputauerunt. Simplicianus ait platonicum quendam audisse dicentem: euãgelii huius prohemium ubiqꝫ in templorum apicibus litteris aureis scribendū esse: deniqꝫ omnes tales oratiões: quales uita fuerunt. Sicut enim in conuersatione mitissimi in periculis autem & laboribus fortissimi: & constantissimi: ita in loquendo humilimi pariter & excelsi: coniunctiones huiusmodi philosophi supra naturam esse censent. Sic ergo rusticos illos: & piscatores magister eoꝝ christus: qđ promiserat piscatores hominū reddidit. Quod ne mirabile est eos post ascẽsionem suam in celū adhuc rudes e celo subito quodã afflatu mirifice docuit: usqꝫ adeo: ut statim coram omni populo: omnibus linguis: doctrinisqꝫ pollerent. Cuius rei signum est: ꝙ ipsi doctos plurimos docuerunt: multiqꝫ sapientia excellentes colla sua eorum iugo libentissime subiecerunt. Hierotheus & dionysius areopagita: & iustinus platonici: quorum scripta omni sapiẽtia plena sunt: crucem xp̄i una cum apostolis subiere. Pantenus preterea stoicus: quadratus: agrippa: aristides: lucas: marcusqꝫ philosophi: tenas & apolo legis iudaice pitissimi. Quid de sapiẽte ignatio christi discipulo anthiochie episcopo dicam: qui dum romam uinctus deuorandus bestiis duceretur: in ipso itinere de martyrio: doctrĩaqꝫ christiana multas scripsit episto. ad ephesios: ad magnesios: ad thraces: smirneos: philadelphios: ad policarpum: atqꝫ romanos: & in epistola ad romanos inquit. Ex syria romam usque pugno bestiis deuorandus: interea no-

cte dieq; ligatus pugno: cum decem leopardis idest militibus: qui me custodiunt: quibus & cum benefe-cerim: peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea do-ctrina: sed non idcirco iustificatus sum. Vtinam fru-ar bestiis: que mihi sunt p̄parate: quas & oro promp-tas mihi esse ad interitum: et allici ad comedendū: ne sicut aliorum martyrum nō audeant corpus attinge-re: quod si uenire noluerint: ego uim faciam: ut deuo-rer. Ignoscite mihi filioli: quid mihi prosit ego scio: nunc incipio esse discipulus: nonne iis: que uidentur deficiam: ut iesum christum inueniam. Ignis crux: be-stie: confractio ossium: membroruz diuisio: toti⁹ cor-pis ɔtritio: oīa tormēta diaboli arte q̄sita in me ueni-ant. mō iesu xp̄o fruar: hec ille. Cumq; iā damnatus esset ad bestias: rugiētesqz audiret leones: ardore pa-tiendi ait: dentibus leonum molar: ut panis mūdus euadam. Policarpus etiam smyrneoꝝ episcopus: ioā-nis euangeliste comes magnus asie doctor: sepe roga-tus a iudice: ut iesum negaret: respōdit nō posse nega-re illū: cui octuagita iam et sex ānos feliciter fuierit. Itaqz cū xp̄i amore totus arderet: ignis flāmas: mor-tēqz facillime ptulit: hec de illo smyrnei ad pōti eccle-sias scripserūt. Iustinus aūt ille platōicus: audito apo-stolotū libro: quem ꝑ religiōis nostre defensiōe iu-dicibus obtulit: cum multos p̄claros martyres nume-rasset: se quoq; martyrio ɔsumptū iri insidiis cuiusdā crescētis cynici uaticinatus ē dicēs. Et ego qdem ipo me ab aliquo hoꝝ: qbus ꝑ ueritate obsisto: insidias esse passuꝝ: ipo baculo: aut claua feriendū: certe uł a crescēte hoc: nō phō: sed philopōpo: qđ & ita factum est: & iustinus tam fortiter tulit q̄ manifeste p̄uiderat Preuiderat autem ioannes euangelista: & in fine euā-

gelii

gelii sui predixerat: se quãuis extrema pateretur ene cari nõ posse p̃dixerat: & in apocalypsi inter alias xp̃i anorum calamitates manifestissime illã: que sub uale rio pricipe contigit. De qua dionisius alexandrie epis copus temporis illius martyr inquit: ioanni reuelatũ est: ut diceret: & datũ est ei os loquens magna: & blas femias: & data est ei potestas per menses q̃dragita: & duos: utraq; aũt cõplent in ualeriano: hec dionisius. At decebat ante martyres alios cõmemorasse cõlobri nũ illũ christi simeonẽ: qui post diuturna tormẽta ẽt crucem substinuit libens: cũ ãnos ageret cẽtum uigin ti. Sed ecce se mihi iam offert uirorũ in q̃uis doctrina excellentium turba q̃ plurima: thimoteus: titus: cle- mens romanus: barnabas: ioãnes senior: aristion: so phistenes: siluaũs: sosipater: demophilus: dorotheus philemon: andronicus: urbanus: lucius: iason: tertius: crescens: linus: cletus: paulus: sergius proconsul cypri syllas: egesippus iudeus: crispus: epaphras: demas: marcus: aristarchus: epaphroditus: tichicus: onesimus euodius: papias: hermas: iustus: gaius: atq; mellitus: philosofthis: asianus: qui librũ pro xp̃o. M. anto. ue ro cõposuit: aliiq; per multi uiri admodũ sapiẽtes apo stolorũ discipuli: quorũ alter alterius crucẽ aspiciebat in trepidus: suã mox expectabat indomitus: & ferebat inuictus. Imitati sunt istos & sapientes alii: theophi- lus: dionisius: penitus cretẽsis: taciãus: philippus: mu siãus: modestus phũs: bardasenes: scirus dialecticus et mathematicus: apollinaris phũs. Hi duo. M. antõio uero libros p̃ nostra religiõe dederũt uictor: hireneus rhodõ: clemẽs alexãdrinus: milciades eruditissimus: qui. M. ant. quomõ librũ p̃ religiõe tradidit xp̃iano rũ: apollonius phũs romane urbis senator; & christi

martyr:qui cõmodo seuero:ut rationem sue fidei red
deret:insigne uolumen cõposuit:appolonius:abel:se
rapion:bachilus:policrates:heraclitus:maximus: cã
didus:appion:sextus:arauianus:narcisus:iudas:ter
tulliãus doctrine fons:qui sub seuero imperatore flo
ruit:atqꝫ ita contra iudices exclamauit. Dicimus:&
palam dicimus:& uobis torq̃ntibus lacerati:& cruẽ
ti uociferamur: deum colimus per xp̃m:illum hoiem
putate per eum & in eo se cognosci: & coli uult deus
sententiis uestris gratias agimus: cum damnamur a
uobis:a deo absoluimur. Ammõius alexandrius pla
tonicus nobilis:leõides sapiẽs origẽis pater:origenes
uir doctria:uitaqꝫ apprime mirabilis:quem porphy
rius doctria omnibus sui seculi anteponit:q disputa
tiones celsi epicurei contra christianos octo uolumini
bus confutauit:totqꝫ de doctrina christiana conscri
psit:quot uix etate longissima quis leger̃ ualeat. Hic
ut eusebius inquit:frequentia tormẽta:& seculis om
nibus inaudita pro christi gloria pertulit. Huius illu
stres discipuli plutarch⁹:heraclides:heros:sereni duo
pro christo martyrio sunt coronati. Sequitur triphõ
& ambrosius origenis discipuli:minutius:gaius:be
rillus:hippolitus:alexãder:tulius affricãus:gemin⁹:
theodorus:cornelius cyprianus:afer martyr:ac sapiẽ
tia:& eloquentia p̃stantissimus:pontius cypriani di
scipulus:dionisius:nouatianus:mathion: archelaus
anatolius alexandrinus phũs clarus:uictorinus:pan
philus martyr locupletissimus:eiusqꝫ discipulus euse
bius cesariensis magistro similis: phieri⁹:luciãus:phi
leas:annobius:lactantius:rethnicus metodius phũs
insignis:qui disputationes porphyrii cõtra nos egre
gio uolumie cõfutauit; iuuencus:eustachi⁹: marcell⁹

athanasius:

athanasius:magnus antoninus:basilius:theodorus eusebius:emisenus:triphilus:lucifer :eusebius sard⁹ acatius:serapion :ylarius magnus:uictorinus: titus: damasus:apollinaris: gregorius beticus : pacianus: phebarius:didimus alexandrinus uir diuinus:& ambrosius alexādrinus eius auditor:optatus afer: achillius:cirillus cumonis:epiphāius effrem:sirus:magn⁹ basilius:gregoriusq; eius frater:gregorius nazanzenus cognomine theologus. Hic inuectiuis iuliani imperatoris in christianos subtiliter :copioseqʒ respondit:diodorus:ambrosius:euacrius maximus philosophus:maximus ioānes chrisostomus: celasius:theothinus:dexter:amphilochius:sophronius:et alii pene innumerabiles uiri doctrina prestantes: qui partim ante iulianum imperatorem: partim eo regnante inter gladios:ignemqʒ:calamo:lingua: uita: morte christi gloriam defenderunt:unde martyres quasi testes christiane glorie sūt appellati. Adnumerat hieronymus inter primos illos christianos iosephum :& senecam: & philonem. Due quoque & septuaginta acutorum uirorum hereses statim post religionis huius exordium:partim superbia hominū:partim astutia demonum scaturientes christum ipsum:quamuis non recte:ut alii honorauerunt . Iam uero :si uellem hieronymos ambrosios:augustinos:gregorios:aliosque innumerabiles numerare uiros scientia prestantissimos:grecos:barbaros:& latinos : qui post iulianum apostatam acute:ornateque scribendo : & sancte agendo diutissime pro christi gloria laborauerunt:arithmetica me computatio frustraretur. Tanto saltem christiana lex ceteris excellentior est q̄to & plures docti:& doctis aliis semp doctiores: eloq̄ntio

relq;: & sanctiores fuerunt: qui hanc secuti sunt q̃ qui alias susceperunt. Si primum religionis huius fundamentum dialectici: uel oratores: uel poete iecissent: suspicaremur plebem astutia homium fuisse deceptam: si docti oẽs semper respuissent: iudicaremus eam forsitan contẽnendam. Si principes: uel ab initio: uel paulopost huic legi oĩno fauissent: opiaremur quod de quibusdam religionibus arbitramur: debiliores a potentioribus fuisse coactos: successores deide: ut sit legẽ illam cũ lacte suxisse. Diuina igitur prouidẽtia uoluit simplicẽ religionis sue ueritatẽ ab hominibus primo rudibus: & simplicibus primã originẽ ducere: atq; a simplicibus: & rudibus astutos: ac doctos feliciter irretiri. Permisit insup religionẽ suã annos plures q̃ trecentos a potẽtibus ubiq; gentiũ crudeliter ipugnari quo maior esset doctorum testiũ: & fidelium numerus reiq; ipsius uerior: certior: firmior auctoritas: nam in ꝓsperitate fidem prestare facile est: in aduersitate difficile. Exquisitissimis tormẽtis cruciatos fuisse christianos: ut nostras historias pretermittam: testatur cornelius tacitus: uituperauit aũt xp̃ianos: credo ut seculis suis adularetur: quem etiã in historia mentitum fuisse tertulianus ostendit: quia dixerit: iudeos caput asini colere. Atq; in eadẽ historia scripserit: pompeiũ arcana iudeorum speculatũ: nullũ in eis simulachrũ repperisse: igitur ab hoc uno mendacio disce reliqua. Accedit: ꝙ ut hiereneus testat̃: nõ ab aliud tũc de nostris suspitio exorta ẽ tãquã ipiis & ipuris q̃ ob hereticoꝝ quorundã gnosticorũ: presertim uitã incestã prorsus: & execrabilẽ: sed nõ in longũ durauit infamia: ubi se ipsa cepit ueritas aperire. Lucianus gẽtilis peregrinũ quẽdã sophistam: atq; ut ipse describit: & christianũ

non

nō legitimū tanq̄ ostentatorē iactatorēq3 deridens inqt. Hic preterea mirabilē christianoꝶ sapiētiā didicit a sacerdotibus eorum:atq3 doctoribus :qui magnu3 illum uirum in palestina cruci affixum adorantes : ceteras religiones spernunt. Ex magistri autē sui lege sibi inuicem fraterna caritate deuinciūt:sperant se eternos fore:qua spe ducti misolli uitam hanc:eiusq3 bōa cōtēnunt:& quotidie cedibus se spōte subiiciūt. Hec lucianus:quem de peregrino odii causa mentitū esse: testis est aulus gellius pegrini familiaris: nā monstrat hunc peregrinum uirum grauem:constantēque fuisse uerūq3 philosophu3. Conquestus est plinius secūdus in epistola ad traianum:ꝙ urbes christianorum trucidentur:qui nil preter romanorum lege3 agant:nisi ꝙ ante lucanos hymnos canant christo cuidam deo:ad conferendam uero disciplinam uitent homicidia: furta: adulteria :latrocinia :& his similia. Rescripsit autem traiāus :christianos inquirendos quidem non esse:oblatos uero puniri oportere:cuius sentētiā ita tertullianus confutat. O sententiam necessitate confusam : negat inquirendos ut innocentes : & mandat puniri ut nocentes :parcit:& seuit:dissimulat:& animaduertit:qd temetipsam censura circunuenis ? Si dānas:cur nō & inquiris ? si nō inqris:cur nō & absoluis. Rumorem quoq3 uanum aduersum christianorū mores exortū subtilissime cōfutat : monstratq3 nō de crimie ullo:sed de nomine secte aduersū christiāos actum fuisse. Atq3 ut alias diximus: similiter conquestus est serenus granius in epistola ad adriāum :unde adrianus scripsit ad munitium fundanum ꝓconsulē asie:ne ꝑmitteret christianos innoxios hoies ꝑturbari:calūniatoribusq3 illoꝶ occasionē latrocinādi oce-

di epistolā adriani integram eusebius noster adducit Melitus sardensis episcopus ad imperatorem unū librū pro nostra religione scripsit: in quo refert edictū antonini ad asiaticos reprehendentis eos: ꝙ cultū immortalis dei: quem xp̄iani colāt: perturbent: usqꝫ ad mortem christianos persequentes. Addit in eodē edicto: plurimos ex prouinciis iudices super iis ad patrē suum scripsisse olim: atqꝫ nuper ad se quamplurimos deniqꝫ statuere se: quod & pater statueret: hoc est: ne quis christianos ob hoc duntaxat: ꝙ christiani sint: insequatur: nisi forte arguātur aliquid aduersum romāi regni statum moliri. Arbitror antonium ob hoc etiam timuisse christū: ꝙ frater eius. M. aurelius scripsit: cū exercitus eius apud germāos siti periclitaretur orationibus quorundam militū christianorum a deo impetrasse subito contra omniū spes largissimos imbres: qbus: & suoꝝ sedata sitis: & hostes ob fulminū īpetū effugari: atqꝫ ob īsignis facti miraculū eā legionē mutato noīe fulmineā appellauit. hec scribit apollinaris atqꝫ tertulliāus. Addit tertullianus marci īperatoris extare epistolas: qbus apertius de iis indicet. Eusebi⁹ adiūgit miraculū hoc ab historicis quoqꝫ gētiliū fuisse relatū: sed ꝙ xp̄ianoꝝ oratiōibus factū fuerit: pretermissum. Calamitas igitur xp̄ianorū uel ex īperito uulgo: uel ex impiis principibus maxie contingebat: quorum princeps fuit nero. Suetōius afflictos fuisse a nerone xp̄ianos narrat ob hoc dūtaxat. ꝙ nouā religionē introducerēt: et ut ipse ait: maleficā: idest magicā: miracula eni multi uidētes demōibus: quod dei erat attribuebāt. Sed īfinita ueritas: atqꝫ bōitas ueritatem suā ex mēdaciis hostiū declarauit: & mala hoīum cōuertit in bonū: pmittit quoqꝫ usqꝫ ad mū

di finē sanctoꝝ suorum cetum: uel ab hereticis: uľ ab hostibus agitari. Non cogit ad salutem deus hoies: quos ab initio liberos procreauit: sed assiduis inspirati ōibus singulos allicit: ꝙ si qui ad euz accesserit: hos durat laboribus: exercet aduersitatib⁹: & uelut igne aurum sic animum probat difficultate: qui si usq; ad finem perseuerauerit: tanquam igne aurum fit tandē diuino lumine feliciter corruscauit.

¶ Quod sacre xpianoꝝ lr̃e uitiate ñ sūt. Ca. xxxvi.



Aumethes primos illos christianos ualde ꝓbat: confiteturq; doctrinā christianā: idest euangelistarum: apostolorūq; libros ab ipso deo auctoritatem mirabilem accepisse. ac testamēto ueteri ātepōit. Sed hos libros ait post apostolos a christianis fuisse corruptos: totumq; id machinatus est homo tam calidus q̄ belicosus: quoniam asserit se a christo apertissimis uerbis fuisse promissū: qui ī euangelio dixit. Predico uobis post me uenturū esse quendam dei nuncium nomie maumethē: illum uidelicet spirituz ueritatis: qui docebit uos oia. Principio machiatio hmōi: et si apud brutos: ībellesq; hoies enī tales maumethēes sunt: tā ui q̄ dolo locū habuit: tamē apud magnos: prudētesq; uiros nimiū ridicula est. Nā ante maumethis aduentū nulla cā erat: ob quam maumethis nomē potius: q̄ pilati: uel iude: uel ātixp̄i uel diaboli euāgelio subtraheř debuissēt. Post āt maumethis aduētū ip̄e mañethes poti⁹ cultus fuisset ab iis q euāgeliū colebāt q̄ nomē ei⁹ ablatū. Sed ipse falso nomen suū subiungi uoluit: ubi apud ioannē christus spiritum sanctum promittit: cuius infusio apostolis ipsius nō multo post iesū ad resurrectionē ꝓmittebať nō post āt ānos sexcētos arabib⁹. Promissus ē au

tem nō homo: sed icorporalis spūs atq; ueritas. Et cū ctis christianoꝝ ducibus cōsentientibus: presertim il lis: qui de promissione uerbis litterisq; testes erant: quinquagesimo post resurrectionē die aspirauit felici ter: & illuxit. Deinde quonā pacto uerisimile est chri stianos oēs uolumina illa: que tanq̄ celitus data sum mopere eo tēpore uenerabantur: ausos fuisse mutare. Siqui aūt impii ausi sunt: tanq̄ pauci iprudentesq;: a pluribus prudentibus cōuicti statim sunt: neq; obti nuerunt. Rursus si sacra uolumina passim apud oēs gentes deprauata fuerunt: multi subito animaduerte runt: si alicubi solū cetera exemplaria reclamauerūt. Sed omnino ipossibile est libros diuersis linguis: locis tpibus editos: tā late subito sparsos: tā frequentatos prorsus adulterare. Cur hereticoꝝ secte diuerse diuer sas expositiones potius q̄ textus uarios adducebant: audiuimus a pluribus ethyopibus: & illis quidē litte ratis: similia omnino apud illos sacra uolumina no stra in barbaris litteris: atq; apud grecos: latinosq; existere. Scribit richoldus ebron theologus: se in asia omnino eosdem textus apud iacobianos: nestorianos q; christianos hereticos: atque apud nos legisse proin de ipsum testamentum uetus rectum a christianis ser uari patet. Quia cum translationes multas habeam⁹ & ante christum: & post christum editas: partim libe riores: utputa que a iudeis ipsis facte fuerunt: partim ad uerbum obseruatas: maxime a hieronymo: ubiq; tandem precipua: imo omnia iesu christi mysteria fer me similiter reperiuntur. Et translatio hieronymi ad uerbū facta ab omnibus iudeis tanquam uera admis sa est: & ipsa quidem ad iesum confirmandum suffi cientissima. Verissima etiam illa: que a duobus & se

ptuaginta

ptuaginta iudeis ante christum edita est: & apud grecos: latinosq;: & barbaros christiãos similis extat: cuius prima illa exemplaria: & hebraica & greca tertullianus etiam temporibus suis apud terapeum in ptolemei bibliothecis asserit extitisse. Neq; ab apostolis eorũq; successoribus translatio huiusmodi olim uitiata fuit: tum quia difficile erat lõge diuulgatos: & ita seruatos codices uitiare: tũ quia omnino stultum est credere; tot tantosq; uiros testimonia iudeorum adulterasse ad iesum occisum uiuificanduz: seipsos uero perdendos. Denique frequentes obiectiones; & calumnie: insidieq; undiq; christianis illate: altercationesq; sepius repetite admonuerunt christianos rectum scripturarum seruar̃ tenorem. Quod si quis unq̃ a maumethẽsibus audiuerit: aliquid ad maumethem pertinẽs testamento ueteri fuisse subtractum: respondeat nullo unq̃ pacto iudeos cum christianis ad hoc agendũ conuenire potuisse. Testamentum autem uetus neq; apud iudeos: neq; apud christianos maumethensib⁹ quicquam fauent. Sed ut ad nouum redeam testamẽtum: hoc ipsum esse sincerum: constat ex apostoloruz discipulis: discipulorumq; successoribus: qui & operibus: & scriptis de textus sinceritate testimonia perhibent. Constat etiã ex antiquissimis conciliis sepe constitutis: ubi ad decem doctissimorum uirorum milibus: qui circumferebantur codices examussim examinabantur: unde nihil unquam admissum est ab ecclesia absq; examine seuerissimo. Garrit preterea maumethes successores apostolorum partem illam euangeliis addidisse: puta: quod homo ille iesus summus esset deus: & uere mortuus. Primo quidẽ hoc in scriptis apostolorum; euangelistarũq; tam sepe: & eo ordi

ne:eaq; similitudine cōnexum est: ut nullo modo esse queat adiunctum. Deinde nihil aut difficilius psua detur: q̃ quod homo sit summus deus: aut dissonan tius proferri uidetur q̃ qđ uerus deus sit: & uere mor tuus. Nūquid igitur hoc adiunxerunt: ut facilius qđ predicabatur: persuaderēt: nihil ferme hoc scilicet ex cepto ab his dicebatur: quod aut pfidos iudeos tur baret: qui dei: hominisq; coniunctionem illā non ca/ piebant: aut romanos offenderent rerum dominos: q prohibuerant: quenq̃ absq; senatus auctoritate deū cognominari. Multosq; uolebant deos: neq; illos q dem summos: iesum uero et summū: & solum christia ni absq; senatus approbatione uocabant. Atq; scie bant ob hoc dūtaxat: se arduam omnino prouinciā ingressos apud iudeos: gētilesq; ualde pichitari. Qua mobrem quod additum maumethes inquit: minime omniū uidetur adiūctum: sed uere nimiū: simpliciter q; ab initio positū. At ipse uidetur oino pfunda chri stianorū mysteria: q̃uis ea legerit: nequaq̃ intellexisse: ubi enī iesum legit esse dei filiū: atq; deū: putat chri/ stianos: deos illic duos inducere: patrē uidelicet atq; filiū. Atq; hūc in alcorano binariū deorū numerū de/ testatur: quod etiā a christianis est alienū: deū unū pa trem filium spiritūq; putātibus. Ipse aūt licet nesciat: quomodo tamē miraculis christi cōmotus ipsū dei fili um deūq; fatetur: ubi cum nominat dei flatū: spiritū q;: propriā dei aniam: uirtutem dei: uerbū dei: afflan te deo ex uirgine perpetua natū. Preterea: quotiēs in cidit in trinitatis nomē: hō tante rei prorsus ignarus: christianos falso nimiū: & inepte calūniatur: qđ tres deos adorent: nesciens proprietates diuinarū distin// guere personarum: ac simul seruare diuine substantie unitatem:

unitatem: ipse tamen ueritate coactus: deum ubiq; in plurali numero de se loquentem inducit: quod & moyses obseruauerat: qui in genesi deo modo singulare nomen: uerbũq; modo plurale attribuit: certe unitatem substantie in deo seruans simul ac numerũ personarum. Dixit deus: faciamus hominẽ ad imaginẽ: & similitudinem nostrã: atq; alia multa etiã clariora. Sed audi quomodo loquentem maumethes deũ faciat. Marie oium mulierum optime: & a nullo unq̃ tacte nostrã animam insufflauimus: & illã: filiũq; suũ manifestum miraculum posuimus. Item cum multos nuncios misimus: misimus tandem christũ marie filium: cuius sectatores fideles mansueto: & constanti corde fuerunt: ei nos euangeliũ dedimus: ut p ipsum homines dei amorẽ gratiamq; assequerẽtur. Rursus: christo multã contulimus bonitatem: eũq; doctorez filiis israel preposuimus. Item: christum ad diuine legis cõplementũ misimus: christũ mariamq; miraculũ fecimus: optimũq; iis in paradiso locũ dedimus habitandũ: ac sepe similiter. Quãobrem & si arrogans fuisset negari nõ põt: nõ minus ignorãtie q̃ arrogãtie uidet esse culpãdus. Multũ. n. suã arrogantiã tẽperauit cum dixit in alcorano: se miracula neq; fecisse: neq; facturũ: plurima ignorare: esse purũ hoiem: q̃uis nũciũ a deo inspiratũ: neq; se dare posse ueniã peccatorum. Vetuit se inuocari: & adorari: cõfessus est insup eẽ in libris suis nõnulla: de quorum ueritate dubitari possit. Ex quo apparet ipsũ ueritatis spiritũ nõ fuisse: multum quoq; alcorani auctoritati detraxit: cũ inquit. Quicũq; deũ unũ adorans honeste uixerit: siue iudeus siue christianus: siue saracenus sit: misericordiã: salutẽq; a deo cõsecuturũ. Auctoritatẽ uero euãgelii ma

nifestissime confitetur: cum lumen: directionem: perfectionemqꝫ cognominat. Vnde et maumethis secta tores: eo concedente: fatentur: nouo testamento accedente: ueteris testamēti ritus magna ex parte merito cessauisse. Testamentum uetus nouumqꝫ eo pacto intelligunt: & obseruant: quo exposuit: mādauitqꝫ maumethes: qui se utriusqꝫ uerissimum interpretem esse asseuerauit: creationem mundi: ade progeniem: historiam omnem hebraicam probant: & christi doctrinā Expectant antichristum fore pessimum hominē: quē a christo occisum iri putant. Item corporum resurrectionem: ultimum iudicium: supplicia & premia sempiterna: christum proximum deo sedentem collocant Maumethenses christi oratione: qua & nos quotidiana: utūtur ad deum: pater noster: & reliqua. Sed ubi nos dicimus: & ne nos inducas: ipsi dicunt: deus fuit & deus erit: maumethes missus a deo.

¶ Causa erroris iudeorum maumethensium gentilium. Caput. xxxvii.

QVeritur: que nā causa sit: que iudeos adhuc multos in perfidia detinet: propheticorum: christianorumqꝫ mysteriorum diuina ꝑfunditas: & quia diuina ideo humana intelligētia non penetrabilis: atqꝫ e conuerso. Rursus ingenium mercenariorum: miserabiliumqꝫ iudeorum incultuꝫ prorsus: & pertinax. Auaritia tum eius: quod suum est seruandi: tum faciendi fenoris inexplebilis: naturalis suorum amor: inatum odium christianorum. Quid autem post beatum gregorium barbaros plurimos traxit in heresim: difficillima diuinarum litterarum interpretatio: barbarorum genus nimium imperitum. Violenta maumethis regis arabum ma-

nus

nus:ſeptemqꝫ regum ipſi ex eius familia per ordinez ſuccedentium leges? Acceſſit & licentia largior: uerũ quid gentiles olim a uera hebreorum religione detor ſit: mandata ambitioſorum principũ: etas parum eru dita: profuſa licentia: fallacia demonum malignorũ. Auxerunt errorem deinde blandimenta: adulatio⸗ neſqꝫ poetarum: detinet autem omnes facile: in quo uis errore: mos patrius: & diuturna conſuetudo. Nõ poteſt conſuetudo in errore chriſtianos legitimos de tinere: qui a principio religionem ſuſceperunt ab erro re ſemotam

¶ Nihil autem opus eſt: ut longa diſputatione confir mem: que chriſtus: eiuſqꝫ diſcipuli credenda: ſperan⸗ da: agenda propoſuerunt. Satis eni ueritatis: aucto ritatiſqꝫ habent: cum a diuia ueritate procedere iam probauerimus. Maximam igitur chriſtianorum inſti tutionum promiſſionumqꝫ rationem aſſignauerimꝰ cum pythagoricorũ ritu dixerimus: ille dixit. Memi nerimuſ autem turbari non oportere: ſi horum minꝰ capaces poſſimus eẽ: maximum enim diuinitatis eoꝝ ſignum hoc eſſe cenſeo. Nempe ſi ea mens noſtra peni tus cõprehendit: minora ſunt mente: ſi talia ſunt: di⸗ uina eſſe non poſſunt: ſi enim diuina ſunt: capacitatẽ omnem humane mentis excedunt. Fides: ut uult ari ſtoteles: eſt ſcientie fundamentum: fide ſola: ut plato nici probant: ad deum accedimus. Credidi inquit da uid: & preterea ſum locutus. Credentes igitur: pro⸗ pinquanteſqꝫ ueritatis: bonitatiſqꝫ fonti: ſapientem beatamqꝫ uitam hauriemus.

LAVS DEO


❡ Finit aureũ opuſculum domini Marſilii ficini flo-
rentini: doctoris & grece & latine doctiſſimi: de chri-
ſtiana religione: nouiſſime poſt omnes impreſſiones
diligenter recognitum: cũctiſq; mendis expurgatum
Impreſſum autẽ Venetiis ſumma diligentia per Cæ-
ſarem arriuabenum uenetum. Anno ab incarnatione
domini mileſimo quingenteſimo decimo octauo: die
uero trigeſimo martii.

Regiſtrum

Omnes ſunt quaterni.

A B C D E F G H I K L M

1538.



Marz. li 30

Memoria

29 7bre 1745: li Austriaci abandonorono Parma li 20: 7bre: entrorono in Parma li Spagnoli

1746: a m. Aprile dopo il blocho di un mese si vedde entrarono in Parma li Spagnuoli gran parte fugiti col Marcl: di Castelar da Parma et via ove caminorono il mondo: li Spagnoli in Campo il Mese di seguente entrorono prigionieri di Guerra

16. Giug: sotto Piacenza segui un fatto Sanguinosso colla pegio delli Francesi Napolispani e Genovesi

Agosto vedendosi ritornare da Piacenza li Napolispani Galli e Genovesi furono atacati da Tedeschi quali riportarono una compiuta vittoria entrando in Piacenza.

rimasero padroni del Campo oue tro
uarono Cannoni Dieci, essi pure da In
Canciere Prenda con molte Caroce
ma la morte del General Batiani
fu molto sensibile per li Austriaci es
do valorosissimo.
a di 3 [illegible] di Piacenza, [illegible]
dosi di nuouo il Mastre di Campo [illegible]
con parte del presidio il resto fu fatto
niere di Guerra, trouarono Cannoni
in Piacenza Sacchi di Spagna, [illegible]
[illegible] sonilla huomini [illegible]
[illegible] e [illegible] [illegible], [illegible]
per difendere la Piazza.
In tanto seguì la Morte improuisa di
Filippo V. seguita li 9. Ago. [illegible] Spag. e
[illegible] si ritirarono sotto Tortona.

